





MEDITA
EC.
26
K7
26











Deuoti doctoris Sancti Bernardi abbatis clareuallis: ordinis ciſtercienſis principis: ad humane conditionis cognitionem meditationes deuotiſſime.



Vlti multa ſciũt & ſeipſos neſciunt. Alios inſpiciunt & ſemetipſos deſerunt. Deum querũt p iſta exteriora deſerentes ſua interiora: quib⁹ ĩterior eſt deus. Idcirco ab exterioribus redeã ad interiora: & ab ĩteriorib⁹ ad ſuperiora aſcẽdã ut poſſim cognoſcere unde uenio: aut quo uado: quid ſim & uñ ſim: & ita p cognitionẽ mei ualeã puenire ad cognitionem dei. Quanto namq; in cognitione mei proficio tanto ad cognitionem dei accedo. Secundum interiorem hominem: tria in mente mea inuenio p que deum recolo: conſpicio: & concupiſco. Sunt autem hec tria memoria: intelligentia: uoluntas ſiue amor. p memoriam reminiſcor: p intelligentiam intueor: p uoluntatem amplector. Cũ dei reminiſcor ĩ memoria mea inuenio eum: & in ea de eo & in eo delector: ſecundum q^d ipſe mihi donare dignatur: intelligentia ĩtueor quid ſit deus in ſeipſo: quid ĩ angelis: quid in ſanctis: quid ĩ hominibus: quid in creaturis. In ſeipſo eſt incomprehenſibilis quia prĩcipium & finis. Principium ſine principio: finis ſine fine: Ex me intelligo quã incomprehenſibilis ſit deus: quãdo meipſũ intelligere non poſſum quẽ ipſe fecit: In angelis eſt deſiderabilis: quia in eum deſiderant pſpicere. in ſanctis ẽ delectabilis: quia in eo felices aſſidue letantur. ĩ creaturis eſt admirabilis: quia omnia potẽter creat ſapienter gubernat: benigne diſpenſat. In homĩb⁹ eſt amabilis: quia eorum deus eſt. & ipſi ſunt populus eius. Ipſe in eis habitat tanq; in templo ſuo: & ipſi ſunt templum eius: Nõ dedignatur ſingulos neq; uniuerſos. Quiſquis ei⁹ meminit: eũq; intelligit ac diligit cum illo eſt: Diligere eum debemus quoniam ipſe prior dilexit nos: & ad imaginem & ſimilitudinẽ ſuam nos fecit quod nulli alii creature donare uoluit: ad imaginem dei facti ſumus. hoc eſt ad intellectũ & noticiam filii p quẽ intelligim⁹ & cognoſcimus patrem & acceſſum habemus ad eum. Tanta cognatio eſt inter nos & dei filium: q^d ipſe imago dei eſt: & nos ad

imaginem eius facti sumus. Quam cognationem etiam ipsa simi litudo testatur quoniam nō solum ad imaginem sed etiam ad si militudinem eius facti sumus. Oportet itaq; id quod ad imagi nem est: cum imagine conuenire: & non in uacuum nomen imaginis participare: Representemus ergo imaginem eius in no bis in appetitu pacis: in intuitu ueritatis: & in amore caritatis. Teneamus eum in memoria: portemus in conscientia: Et ubiq; presentē ueneremur: Mens siquidē nostra eo ipo ei⁹ imago ē: quo eius capax ē. eiusq; particeps esse pōt. Nō propterea ei⁹ imago ē: quia sui mens meminit se que intelligit ac diligit: sed quia pōt me minisse: ītelligere: ac diligere eū a quo facta ē quod cū facit sapiēs ipsa fit. Nihil enim tam simile est illi sūme sapiētie quā mēs ratio nalis: que p memoriam: ītelligētiā: ac uolūtatem ī illa trinitate īef fabili cōsistit: Cōsistere aūt ī illa nō pōt nisi eius meminerit: eum q; intelligat ac diligat: Meminerit itaq; dei sui ad cuius imaginē facta est: cumq; intelligat diligat atq; colat: cū quo semp pōt esse beata: Beata aīa apud quā deus requiē īuenit: & ī cuius taberna culo regescit. Beata que dicer̄ pōt: Et q creauit me requieuit in ta bernaculo meo: Negare siquidem requiem celi ei nō poterit. Cur ergo nos ipsos deserimus: & in his exterioribus deū querimus q apud nos ē: si nos uelimus esse apud eū. Re uera nobiscū ē: & in nobis. sed adhuc p fidem donec mereamur uidere per speciē. No uim⁹ īquit apostolus christū habitare p fidē in cordibus nostris qa christus infide: fides ī mēte. mens in corde. cor ī peccatore: Per fidem recolo deū creatorē: adoro redemptorē: expecto saluatorē: credo uidere eū ī oībus creaturis: habere in meipso: & quod his omnibus ineffabiliter iocundius atq; beatius est: cognoscere ī seipso. Patrem namq; & filium cum sancto spiritu cognoscere: ē uita eterna: beatitudo pfecta: sūma uoluptas: Oculus non uidit: nec auris audiuit: nec ī cor hominis ascendit q̃ta claritas: quan ta suauitas: & quāta maneat in illa uisione iocūditas quādo deū facie ad faciē uidebimus: qui est lux illuminatorū: reqes exercita torū: patria redeuntiū: uita uiuētiū. corona uincētium: Itaq; ī mē te mea imaginem illius summe trinitatis reperio: ad quam sum mam trinitatem recolendam: inspiendam: & diligendam: ut eius recorder: ea delecter: & eam contempler: totum id quod uiuo de beo referre. Mens imago dei est: in qua sunt hec tria memoria:

intelligentia : & uoluntas siue amor : Memorie tribuimus omne quod scimus etiam si non inde cogitamus. Intelligentie tribuimus omne quod uerum cogitando inuenimus : quod etiam memorie commendamus. Per memoriam patri similes sumus: per intelligentiam filio : per uoluntatem spirituisancto : Nihil in nobis tam simile est q̃ȝ uoluntas uel amor siue dilectio. que excellentior uoluntas est. Dilectio donum dei est: ita quod nullum donum dei est hoc excellentius dilectio namqȝ que ex deo est. & deus est. & proprie spiritussanctus dicitur. per que caritas dei diffusa est incordibus nostris : per quam tota trinitas in nobis habitat.

De miseria uite presentis.

SEcundum exteriorem hominem de parentibus illis uenio: qui me ante fecerũt damnatum quam natum. Pecatores peccatorem in peccato suo genuerunt. & de peccato nutriuerunt: miseri miserum in hanc lucis miseriam induxerunt: Nihil ex eis habeo nisi miseriam: & peccatũ. & corruptibile hoc corpus quod gesto. Ad illos uero festino qui morte corporis hinc exierunt cum eorum sepulcra respicio non inuenio in eis nisi cinerem & uermem fetorem & horrorẽ. Quod ego sum fuerunt ipsi: & quod ipi sunt ego ero. Quid sum ego? homo de humore liqdo. fui enim in moneta conceptionis de humano semine conceptus : deinde spuma illa coagulata modicum crescendo caro facta est: & postea plorãs & eiulans traditus sum huius mundi exilio : & ecce iam morior plenus iniquitatibus & abhominationibus. Iam iam representabor ante districtum iudicem de meis operibus rationem rediturus. Ve mihi misero : cum uenerit dies illa iudicii & aperti fuerint libri in quibus omnes mei conatus & cogitationes domino presente recitabuntur. Tunc demisso capite pre confusione male conscientie: in iudicio coram domino stabo trepidus & anxius: ut pote commemorãs scelerum cõmissa meorũ & cum dicet de me: ecce homo & opera eius. Tunc reducam ante oculos meos omnia peccata mea

& delicta. Quadam namq; ui diuina fiet: ut cuiq; sua opera bōa uel mala: cuncta in memoriam reuocentur: & mentis intuitu mira celeritate cernantur: ut accuset uel excuset scientia conscientiā: atq; ita simul: & singuli & omnes iudicentur. Iudicium faciet gestorum quisq; suorū: Cunctaq; cunctorum cunctis arcana patebunt. Quod enim nunc cōfiteri erubescimus: tunc omnibus māifestabitur. Et quicquid hic dissimulando palpamus. tunc illic uindex flamma comburet. Ignis ubiq; ferox ruptis regnabit habenis. Quantoq; diutius deus nos expectat ut emendemus: tanto districtius iudicabit si neglexerimus: Cur ergo tantopere uitam istam desideramus: in qua quanto amplius uiuimus: tanto plus peccamus? Quanto enim uita est longior: tanto culpa numerosior: Quotidie namq; crescunt mala: & subtrahuntur bona. Assidue uariat̄ homo per prospera & aduersa: & ignorat quando moriatur: sicut enim in celo stella coruscans currit uelociter & repente deficit: & sicut sintilla ignis subito extinguitur & ī cinerem redigitur: sic cito finitam datur istam cernere uitam: dum enim libenter ac iocundissime moratur homo in mūdo isto diuq; se uicturum arbitratur: ac multa in longa tempora disponit agenda subito rapitur in mortem: & ex improuiso anima aufertur a corpore: Verum tamen cum magno metu magnisq; doloribus: anima separatur a corpore: Veniunt enim angeli assumere illam: ut perducant eam ante tribunal iudicis metuendi: & tunc illa memorans opera sua mala & pessima que die nocteq; gessit contremiscit & querit illa fugere: induciasq; petere dicens: date mihi uel unius hore spatium: Tuncq; quasi loquentia simul eius opera dicent tu nos egisti opera tua sumus: n̄ te deseremus: sed semper tecum erimus: tecum pergemus ad iudicium. Vitia quoq; multis & multiplicibus criminibus eam accusabunt: multaq; falsa testimonia aduersus eam inuenient quāquā uera ad dānationem eius possent satis sufficere: demones uero terribili uultu & horribili aspectu eam terrebunt ingenti furore eam persequentur & comprehendent eam tam terribiliter quam horribiliter: uolentes eam retinere & possidere nisi sit qui eripiat: Tunc anima inueniens oculos clausos & os aliosq; corporis sensus ꝑ quos solebat egredi & delectari in his exterioribus reuertetur ad se: & uidens se solam & nudam ingentī horrore cōcussam despe

ratione deficiet in se & cadet sub se: Et qa amore mundi & carnis uoluptate: dei amorem dereliqrat derelinquetur a deo misera in hora tante necessitatis atque demonib⁹ tradet̃ ĩ ĩferno cruciãda: Sic aĩa peccatoris ĩ die qua ignorat & hora qua nescit rapitur a morte & segregatur a corpore: pergitq; miseriis plena tremens ac dolens. Et cũ nullam excusationem habeat quã pro peccatis suis possit ostendere: cõtabescit & ptimescit ante deũ apparere: ĩgenti horrorẽ cõcutitur: & multiplicibus cogitationũ estibus agitatur: cũ ĩgruẽte solutiõe carnis & subductis e medio oĩb⁹: se & illũ terminum cõsiderat cui appropinquat: & post paululum hoc inuenit quod ĩperpetuum mutari nõ poterit: Cõsiderat plane quam districtius ueniat eternus iudex & ante seueritatem tante iusticie quas rationes uite sue ponat. Sic enim cuncta opera que intelligere potuit euitauit: uentura tamen coram districto iudice illa magis que in semetipsa non intelligit pertimescit: crescit pauor cum cogitat quod uiam uite huius nequaquam sine culpa transire potuit: nec hoc quidẽ quod laudabiliter uixit sine aliquo reatu ẽst si remota pietate iudicetur. Quis enim considerare ualeat quanta mala per momenta temporũ perpetramus: & quãta bõa facere negligimus? Sicut enim peccatum ẽ perpetratio mali: sic delictum ẽ desertio boni: Grauis siquidem iactura ẽ cum nec bona facimus: nec bona cogitamus: sed cor nostrũ per uana & inutilia sinimus uagari. Nimis tamẽ difficile est cor tenerẽ: & ab illicita cogitatione seruare. Nimis etiam difficile est terrenas occupationes absq; peccatis ministrare. Quapropter nullus semetipsum & cõprehendere pfecte põt & diiudicare. Sed multis cogitatõibus occupatus sibimetipsi aliquo modo manet incognitus ut omnino quod tolerat nesciat. Quapropter urgente exitu subtiliori terretur metu: qa & si illa q̃ sciuit nũq; se ptermisisse meminit: formidat tamen ea que scit.



O Anima dei insignita imagine: decorata similitudine: desponsata fide: dotata spiritu: redempta sanguine: deputata cum angelis: capax beatitudinis: heres bonitatis: rationis particeps: quid tibi cum carne? unde ista pateris? propter carnẽ aliena peccata tibi ĩputantur: & tue iusticie quasi pãnus mestruate reputantur: atq; tu ipsa ad nihilum

se redacta :& quasi nihilum & inane reputata: Nihil aliud est ca ro cum qua tanta est tibi societas: nisi spuma caro facta : fragili uestita decore. Sed erit quidem cadauer miserum & putridum & cibus uermium: Nam quantūcunq3 excolatur semper caro est: Si diligenter cōsideres quid per os & nares ceterosq3 corporis mea tus egrediatur uilius sterquilinium nunq3 uidisti: si singulas eius miserias enumerare uelis : quam sit onerata peccatis irretita ui tiis: pruriens concupiscentiis: occupata passionibus : polluta illu sionibus: prona semper in malum: & in omne uitium procliuis: plena omni confusione & ingnominia inuenies. Propter carnem homo uanitati similis factus est: quia ex illa uitium concupiscē tie traxit: quo captiuus tenetur: & curuatur ut diligat uanitatē: & iniquitatem operetur. Attende homo quid fuisti ante ortum: & quid es ab ortu usq3 ad occasum: atq3 quid eris post hanc uitā profecto fuisti quod non eras postea de uili materia factus: & i uilissimo pāno inuolutus: mestruali sanguine in utero materno fuisti nutritus: tunica tua fuit pellis secundina: sic indutus & or natus uenisti ad nos: nec memor es q3 sit uilis origo tui. Forma: fauor populi : feruor iuuenilis opesq3. Subripuere tibi noscere quid sit homo. Nihil enim aliud est homo quam sperma fetidū: saccus stercorum. & cibus uermium: Post hominem uermis: post uermen fetor & horror. Sic in non hominem uertitur omnis homo. Vnde superbit homo cuius conceptio culpa. Nasci pena: labor uita necesse mori. Cur ergo superbis homo? Attende quod fuisti uile semē & sanguis coagulatus in utero matris deinde mi seriis huius uite expositus & peccato postea uermis & cibus uer mium futurus in tumulo: Quid superbis puluis & cinis? cuius conceptus culpa: nasci miseria uiuere pena: mori angustia? Cur carnem tuam preciosis rebus impinguas & adornas quam post paucos dies uermes deuoraturi sunt ī sepulchro? Animam uero tuā nō adornas bonis operibus, que deo & angelis eius presentā da est in celis: Quare animam tuam uilipendis & ei carnem pre ponis: dominam ancillari: & ancillam dominari : magna abusio est. Totus siquidem iste mūdus ad unius anime precium estima ri non potest. Non enim pro toto mundo deus animam suam da re uoluit quam pro anima humana dedit. Sublimius ergo est anime precium que non nisi sanguinē christi redimi potuit. Quā

ergo cōmutatiōem dabis pro anima tua. qui pro nihilo das illā.
Nōne dei filius cum esset in sinu patris: a regalibus sedibus pro ea descēdit ut eam liberaret a potestate dyaboli: Quam cum ui disset peccatorum funibus irretitam iamq; demōibus tradēdam ut morte perpetua dānaretur fleuit super illam que flere se nescie bat: nec solum fleuit. sed etiā occidi se permisit ut sui preciosi san guinis precio eam redimeret: aspice mortalis pro te datur hostia talis. Agnosce homo quam nobilis est anima tua: & quā grauia fuerint eius uulnera: pro quibus necesse fuit christum dominum uulnerari. Si non essent hec ad mortem: & mortem sempiternā: nunquam pro eorum remedio dei filius moreretur. Noli ergo ui lipendere anime tue passionem. Cui a tanta maiestate: te tantam uides exhiberi compassionem. fudit ipse lacrimas pro te: laua & tu per singulas noctes lectum tuum cordis compunctione: & la crimarum assiduitate: fudit ipse sanguinem suum. fūde tu & tuū cotidiana corporis afflictōne: Quem si semel ponere pro christo non potes. saltem pro minori quodam sed lōgiori martyrio po ne. Noli attendere quid caro uelit: sed quī spiritus poscit. Tunc enim gloriosus erit: cum ad dominum suum redierit. Ita tamen si de corpore secum tulerit: & deterserit omne sordidum: Si uero dicis durus est hic sermo: non possum mundum spernere & carnē meam odio habere: Dic mihi ubi sunt amatores mundi qui ante pauca tempora nobiscum erant: nihil ex eis remansit nisi cineres & uermes. Attende diligenter quid sunt. uel quid fuerunt homi nes: fuerunt sicut tu comederunt: biberunt: riserunt: duxerunt in bonis dies suos: & in puncto ad inferna descenderunt. Hic caro eorum uermibus & illic anime ignibus deputantur: donec rur sus infelici collegio colligati sempiternis inuoluantur incendiis qui socii fuerunt in uitiis. Vna namq; pena implicat: quos unus amor in crimine ligat. Quid profuit illis inanis gloria: breuis le ticia: mūdi potētia: carnis uoluptas: false diuitie: magna familia: & mala concupiscentia. Vbi risus: ubi iocus: ubi iactantia: ubi ar rogantia: de tanta leticia quanta tristitia: post tantam uolupta tem tam grauis miseria: de illa exultatione ceciderūt in magnam miseriam: in grandem ruinam. & in magna tormenta. Quicquid illis accidit tibi accidere potest. quia homo es. Homo de humo: limus de limo. de terra es: de terra uenisti: & in terram reuerteris.

quando uenerit dies illa ultima: que subito ueniet & forsitan hodie erit. Certum est quod morieris: sed incertum qñdo: aut quo modo: aut ubi quoniam mors ubiq; te expectat. Tu quoq; si sapiens fueris ubiq; eam expectabis: si carnem sequeris punieris incarne: si in carne delectaris cruciaberis ĩcarne: si curiosas uestes requiris pro ornatu uestium subter te sternetur tinea & operimẽtum tuum erunt uermes: Iusticia dei aliud iudicare non potest: nisi quid merentur opera nostra. Qui enim plus ;diligit mundũ ꝙ deum: seculum quam claustrum: gulam quam abstinentiam luxuriam quam castitatem: sequitur dyabolum & ibit cum eo in supplicium eternum. Quis putas tunc meror erit. quis luctus. que tristicia: cum separabuntur iniusti a consortio iustorum. & a uisione dei: & tradentur in potestatem demonum: & ibunt cũ ipsis in ignem eternum: ibiq; semper erunt sine fine in luctu & gemitu: procul quippe a beata paradisi patria exulati: cruciabũtur in gehenna perpetua: nunquam lucem uisuri: nunquam refrigerium adepturi: Sed per millia millium annorum in inferno cruciandi: nec inde unquam liberandi ut nec qui torquent aliquando fatigentur nec qui torquentur aliquando moriantur. Sic enĩ ignis ibi consumit ut semper reseruet sic tormenta aguntur ut semper renouentur. iuxta uero qualitatem culpe: penam substinebit unusquisq; gehenne: & similis culpe rei suis similibus iungentur cruciandi. Nihil aliud ibi audietur nisi fletus ac plãctus: gemitus & ululatus: merores atq; stridores dentium. Nihilq; ibi uidebitur nisi uermes & laruales facies tortorum atq; teterrima monstra demoniorum: Vermes crudeles mordebunt intima cordis hinc dolor inde pauor: gemitus stupor. & timor horrens. Ardebuntq; miseri in igne eterno in eternum & ultra: in carne cruciabuntur per ignem: in spiritu per conscientie uermẽ: ibi erit dolor intolerabilis. Timor horribilis. fetor incomparabilis. mors anime & corporis sine spe uenie & misericordie: Sic tamen morientur ut semper uiuant: & sic uiuent ut semper moriantur. Ita anima peccatoris aut in inferno pro peccatis cruciatur aut in paradiso pro bonis meritis collocatur. Nunc ergo alterum e duobus eligamus. aut semper cruciari cum impiis: aut semper letari cum sanctis: Bonum siquidem & malum uita & mors ante nos sunt posita: ut ad quod uoluerimus manum extendamus: Si tormẽta

non terrent nos: saltem īuitent premia.

De premio patrie celestis.

PRemium est uidere deum. uiuere cū deo. uiuerē de deo ecē cū deo ecē ī deo q̄ erit oīa ī oīb⁹: hīre deum qui ē sū mum bonū & ubi est summū bonū ibi est summa fe licitas: sūma iocunditas: uera libertas: pfecta caritas: eterna securitas: & secura eternitas: ibi est uera leticia plena scientia: oīs pulchritudo: & omnis beatitudo: Est ibi pax pietas: bonitas. lux: uirtus: honestas: gaudia: leticie: dulcedo: uita pennis: gloria laus: requies uidebit cum ad uoluntatem: habebit ad uoluptatē: fruetur ad iocunditatem: ī eternitate uigebit: in ue ritate fulgebit: ī bonitate gaudebit: sicut habebit pmanendi eter nitatē: sic cognoscēdi facilitatē. & requiescēdi felicitatē Ciuis si qdē erit illi⁹ sācte ciuitatis: cui⁹ āgeli ciues sūt: de⁹ pr̄ tēplū: fili⁹ ei⁹ splē dor: spiritussanctus caritas. O ciuitas celestis māsio secura: patria fertilis & ampla: totū cōtinēs q̄ delectat: populus sine murmure īcole quieti: homines nullā īdigentiā habentes Quā gloriosa di cta sunt de te ciuitas dei: sicut letantiū omnium habitatio ē in te. Omnes letantur in leticia & exultatione: omnes delectantur de deo: cuius aspect⁹ pulcher: facies decora: eloquiū dulce: delectabi lis est ad uidendum suauis ad habendum: dulcis ad perfruen dum. ipse per se placet & per se sufficit ad meritum: sufficit ad p̄ mium. Nec extra illum quicq̄ queritur: quia totum in illo inue nitur: quicquid desideratur: semper libet eum aspicere: semper habere: semper in illo delectari & illo perfrui. in illo clarificatur intellectus & purificatur affect⁹ ad cognoscendā & diligendā ue ritatē. Et hoc ē totū bonū hōinis nosse. s. & amare creatorē suū. Que ergo nos angit uesania uiciorū sitire absintium. huius mun di sequi naufragium: uite labentis pati infortuniū. Impie tyranni dis ferre dominium: & non magis conuolare ad sanctorum feli citatem ad angelorum societatem ad solemnitatem superne leti cie & ad iocunditatem contemplatiue uite ut possumus intra re in potentias domini & uidere superabundantes diuitias illas bonitatis eius: Ibi uacabimus & uidebimus quam dulcis est dominus & quam magna multitudo dulcedinis eius. Videbi

mus glorie decorē: sanctorū splēdorē: & regie potestatis honorē: cognoscemus patris potētiā: filii sapiētiā: spiritus sancti benignissimā clemētiā: & ita habebimus noticiā illius summe trinitatis. nūc corpora p corpus uidemus: imagines etiā corporum spiritu cernimus: tunc uero ipsam ueritatem puro mētis intuitu uidebimus. O beata uisio uidere deū in seipso: uidere ī nobis. & nos ī eo felici iocunditate: & iocunda felicitate. Quicquid desiderabimus totū hēbimus. Nihil amplius desiderātes: & quicqd uidebimus amabim⁹: ipso amor̄ beati. dulcedīe amoris: & suauitate cōtēplatōis: Hec erit sūma illi⁹ ɔtēplatōis: hec erit sūma felicitatis qm̄ ītelligeť ī suo puro eē sincera diuinitas: cōphēdeť ī eo īcōphēsibilis trinitas. Patebūt arcana diuinitatis: uidebitur & amabiť de⁹: & hec uisio & delectatio totū cor hominis implens & satians tota erit illius beatitudinis cōsumatio. Vna erit omnium lingua: iubilatio īdefessa: unus affectus: amor eternus patebit ueritas: īplebit caritas: & erit ītegra corporis & aīe: societas fulgebit sicut sol humanitatis glorificata. Quieta erit & concors carnis & spiritus sanitas angelorum & hominum: unum erit gaudium: unum colloquium unū cōuiuium: non languebit amor: nec liquefiet dilectio presentibus omnibus bonis: nulla erit dilationis afflictio: quoniam beatifica diuine maiestatis presentia omnibus erūt omnia: & erit communis omnium omnipotētia: sapientia: pax & iusticia: & intelligentia. Non erit ī illa pace diuersitas linguarum: sed pacifica & concors cōcordia morum & affectuum: In torrente illius uoluptatis nihil ultra appetet cumulata satietas: tanta erit felicitas Ibi siquidem erit cumulus felicitatis: supeminens gloria & superabundans leticia. ¶Sed ad hec quis idoneus? profecto uerus penitens: bonus obediens: amabilis socius. fidelis seruus; Verus penitens: semper est in labore: & dolore: dolet de preteritis. laborat pro futuris cauendis. Vera siquidem penitentia est sine temporis intermissione de peccatis dolere: Sic plangit commissa ne committat plagenda: irrisor namq; est & non uerus penitens qui adhuc agit qd̄ peniteat. Si ergo uis uerus penitens esse cessa a peccato & noli amplius peccare quoniam inanis est penitentia quam sequens coinqnat culpa: Bon⁹ obediēs dat suū uelle suū & nolle: ut possit dicere paratum cor meum de⁹: paratū cor meum: Paratum quidcunq; preceperis facere. paratum ad nutum nutu

citius obedire .paratum tibi uacare:proximis ministrare meipsū custodire & in celestium cōtemplatione requiescere. Amabilis socius omnibus est officiosus & nulli onerosus:deuotus ad deum: benignus ad proximum sobrius ad mundum:dñi seruus : proximi socius:mundi domin⁹. Supiora habet ad gaudiū : equalia ad consortiū :inferiora ad seruitium nulli est onerosus sed inferiora redigit ad utilitatem mediorū:& ad honorem superiorum : superiora sequens inferiora trahens. ab illis possessus ista possidens:fidelis seruus est in contemplatione dei & custodia sui: Custodie ītelligēs nunq̄ posse sufficere ad te custodiendum tua industria : diuinam implora clementiam. itaq; ad contemplandam inte creatoris tui uolūtatē bonam & bene placētē: atq; pfectā:angelicam exora tutelā patrociniūq; oīum cū xpo regnātium sup te roga: curre p singulos supplica singulis:& simul oībus clama & dic miseremini mei:miseremini mei saltē uos amici mei : & recipite fugitiuū uestrū:sed fratruelē:sed cōsanguineū ī sanguine redēptoris. En paup stat ad hostiū clamat & pulsat:aperite pulsanti:& cōducite eū usq; ad regē ut pstrat⁹ corā eo:īdicē ei oēs miserias:& oēs necessitates quas patior. Ad extremū uero plato tuo:cor tuū cū oī pgenie cōsigna:nullū in eo remaneat peccatū:qđ nō pura confessione deleat:Iesum christum etiā super cor tuū:sicut signaculū pone:Cū.n.christus cordis hostiū custodit & ē cordis hostiari⁹: ut p illū īgrediātur & egrediant omnes familie cordis:consequenter adsunt milia miliū angelorū ad fores exteriorū sensuū excubantiū:nec audet alienigena irrumper terribiles illas acies ppter hostiarii reuerentiā & angelorum custodiam.

Quomodo homo debet se examinare.

INtegritatis tue curiosus explorator uitam tuam quotidiana discussione examina: Attende diligeuter quantū pficias uel quantum deficias: qualis sis ī morib⁹ & qualis ī affectib⁹:q̄ simil' sis deo uel quā dissimilis: q̄ pcul quā lōge:ñ locorū īteruallis :sed morū affectib⁹. Stude cognoscere te qa mlto melior & laudabilior es si te cognoscis q̄ si te neglecto cognosceres cursū siderū:uires herbarū: cōplexiones hoīum: naturas animaliū:& haberes omniū celestiū & terrestriū sciētiā.

Redde ergo te tibi: & si ñ semp uel sepe: saltē īterdū. Rege tuos af
fectus: dirige actus: corrige gressus: ī te nihil remāeat īdisciplīatū
pone oēs trāsgressiōes tuas añ oculos tuos. Statue te añ te tanq̄
ante aliū & sic temetipm plāge. plora iniqtates & peccata qbus
deū offēdisti: īdica ei miserias tuas ostende malicias aduersariorū
tuorū: Cūq; corā eo ī lacrimis te maceraueris p̄cor te ut memor
sis mei. Ego. n. ex quo cognoui te ī christo diligo te & illuc mētio
nem tui defero: ubi & illicita cogitatio supplicium: & honesto
promeret premium: Ad altare namq; dei cum peccator sto: sed sa
cerdos tua me comitatur memoria. Tu uero mihi uicem reddes
si me amaueris: & orationum tuarum participem feceris: ibi re
cordatione tecum esse presens desidero: ubi pro te & tuis familia
ribus deuotas preces coram deo fundis. Nec mireris si dixi pre
sens: quoniam si me amas ideo amas: quia imago dei sum: ita tibi
presens sum ut tuipse tibi. Quicquid enim tu es substantialiter:
hoc ego sum. Imago enim dei est omnis anima rationalis: pro
inde quoniam qui in se imaginem dei querit: tam proximum
quam se querit. Et qui illam in se querendo inuenerit: in om
ni homine eam cognoscit. Visio enim anime intellectus est.
Si ergo te uides me uides: quia nihil aliud sum q̄ tu: & si deum
diligis me imaginem dei diligis: & ego te diligendo: deum dili
go in te. Et ita dum unum querimus & ad unum tendimus:
semper inuicem presentes sumus: sed in deo in quo nos di
ligimus.

Quod homo debet esse intentus in oratione.

CVm ad orādum siue ad psallendū in ecclesiā intraueris
fluctuantiū cogitationū tumultus exterius relique curā
q; exteriorū penitus obliuiscere ut soli deo possis uacar̄.
Fieri enim nō pōt ut aliqnādo cū deo loquit̄: qui cū toto
mundo etiā tacēs fabulat̄. Intende ergo illi qui intēdit tibi: audi
illum loquentē tibi: ut ipse exaudiat te loquentē sibi: ita fiet si di
uinis laudibus soluēdis debita reuerentia & sollicitudine assistas
si singula uerba diuine scripture diligenter attendas. Non quod
ego ista faciam que dico: sed quod facere uellem: & non fecisse pe
nitet. & nō facere piget. Tu uero cui maior gratia concessa est: uo

tis & precibus pias aures domini ad te flecte lacrimis & suspiriis & pro tuis excessibus illum clementer exora.atq; cãticis spiritua libus in operibus suis illum lauda & glorifica. Nil enim magis supernis ciuibus spectare libet:nil regi summo iocundius exhibe tur:sicut ipse testatur. Sacrificiũ laudis honorificabis me: O quã felix esses si spiritualibus oculis semel intueri posses: quomodo conueniunt principes coniuncti psallentibus in medio iuuencu larum tympanistriarum: Videres proculdubio qua cura:quoue tripudio intersunt cantantibus:assistunt orantibus: adsunt me ditantibus:supersunt quiescentibus:prouidentibus atq; procurã tibus presunt. Diligunt quidem suos conciues superne potesta tes. Et quod hic qui hereditatem capiunt salutis sollite congau dent & cõfortãt:instrũt:protegũt prouidẽtq; oĩbus oẽs:Ipsi enĩ desiderant aduentum nostrum: quoniã ipsi de nobis expectant ciuitatis sue ruinas restaurari Diligenter querũt & libẽter audiũt bona de nobis solliciti discurrũt medii inter nos & deũ:nostros gemitus fideliter ad eum portantes. Non dedignabunt esse socii nostri qui iam facti sũt ministri nostri. Exultare eos fecimus quã do cõuersi sumus ad penitentiã. Festinemus ergo de nobis eorũ leticiam adiplere. Ve tibi quicũq; es qui desideras redire ad uo mitũ reuerti ad lutum. Putas ne placatos habebis eos in iudicio quos tãto & tam diu sperato priuare uis gaudeo? Exultauerunt quando uenimus ad religionẽ tanquã super his quos ab ipsa in ferni porta cernerent reuocatos. Quid uero tunc erit si ab ipsa ia nua paradisi uiderĩt redire & retrorsũ abire eos qui iã alterũ pe dẽ hñt ĩ celo: Nã si corpa habem⁹ ĩferius sed corda sursũ habea mus. Curramus ergo non passibus corpis:sed affectibus:sed desi deriis:sed suspiriis:quoniã nõ solũ angeli sed angelorum creator nos expectat. Expectat nos deus pater tanq; filios & heredes:ut cõstituat nos uper oĩa bona sua. expectat nos dei filius tanquã fratres & coheredes ut fructũ sue natiuitatis & p̃tium sui sangui nis deo patri offerat. Expectat nos spiritus sanctus. Ipse siquidẽ ẽ bõitas & benignitas ĩ qua ab eterno predestinati sumus nec du biũ quin predestinationem suam ad impleri uelit. Ergo quia oĩs celestis curia expectat nos & desiderat:desideremus eam quanto possumus desiderio. Cum magna nãq; confusiõe & rubore ad eã ueniet quisquis uidere eam uehementer non desiderat: Quicun

q̄ uero iugi oratione & assidua cogitatione in illa conuersatur: & securus hinc egreditur: & cum magna leticia recipietur in illa:

Quod ubiq; possumus orare.

Vbicunq; ergo fueris: infra temetipsum ora. Si longe fueris ab oratorio: noli querere locum quoniam tuip se locus es: si fueris in lecto aut in alio loco ora & ubi est templum frequenter orandum: & flexo corpore mēs ē erigenda ad deū: Sicut. n. nullū ē momētū quo homo nō utat̃ uel fruat̃ dei bonitate & misericordia: sic nullū debet eē momētū quo eū p̄ntē n̄ habeat ĩ mēoria. Sed dicis ego quotidie oro & o͞ronis mee nullū fructū uideo: sed sicut accedo ad illā sic & redeo: nemo mihi respōdet: nemo loquit̃: nemo quidpiā donat: sed ĩcassū laborasse uideor. sic loq̃t hũana stulticia: n̄ attēdēs q̄d ĩde ueritas promittat dicēs. Amen dico uobis: quia quic orantes petitis credite q̄a accipietis & fiet uobis: noli ergo uilipendere o͞ronē tuā q̄m ille ad quē oras nō uilipēdit eam: sed anteq̄; egrediat̃ de ore tuo: ipe scribi eā iubet ĩ libro suo. Et unū e duob⁹ ĩdubitāter sperare debemus: q̄m aut dabit nobis q̄d petim⁹: aut q̄d uidet esse utilius. Cogita igit̃ de deo quicq̄d melius potes: & de te quicquid deterius uales. de te uero & de illo amplius credere debes quā cogitare potes. Omne tempus in quo de deo nō cogitas: hoc te computes perdidisse. Omnis siquidem res aliena est a nobis tempus autem tantum nostrum est. Vaca ergo deo & ubicunq; fueris ibi totus esto. Nolite rebus tradere sed commendare. Quocunq; loco consistis cogitationes tuas tracta: & aliquid salutare in animo tuo uersa. Omnis siquidem locus ad meditandum congruus est: Tota ergo felicitate animum colligens libere tecum habita & in latitudine cordis tui deambulans: ibidem cenaculum grāde stratum christo exhibe. Mens nāq; sapientis semꝑ est apud deum. Illum semp ante oculos habere debemus: ꝑ quē sumus: uiuimus: & sapimus: ipsum namq; ut essemus haberm⁹ auctorem: ipsum aūt ut sapiētes simus: debemus habere doctorē: & ut beati simus ĩ terne suauitatis largitorē. Et ĩ hoc imaginē eius hoc ē illius summe trinitatis ĩ nobis cognoscimus. Nam sicut ille & sapiēs ē: & bonus ē: sic & nos ꝓ modulo n̄ro & sumus & nos

esse scimus & idem esse & nosse diligimus: Vtere igitur teipo uelut dei templo: propter illud quod in te est simile deo. honor si quidem deo summus. ē: illum uenerari & imitari. Imitaris si pius es. Templum enim sanctum est deo: mens pia: & altare optimum cor eius. corpus uenerans si misericors es: sicut ipse omnibus misericors ē. Hostia siquidem acceptabilis est deo: face bonum omnibus pro deo: fac oīa sicut filius dei. ut dignus sis eo q te dignatus est filiū uocare. In omnibus uero que agis deum esse presentē cognosce. Caue ergo ne in eo quod male delectat: uel uisio tua uel cogitatio tua remoreē: nec dicas neq; facias qd non licet: etiā si libet: nec aliquo facto uel signo deū offendas qui ubiq; presens cernit quicquid facis: Magna custodia tibi necessaria est: quoniam omnia magis ante oculos iudicis cuncta cernētis: Cum illo tamē es securus: si talem te preparaueris: ut tecum adesse dignetur. Si tecum nō est per gratiā: adest tamē p uindictam: Sed ue tibi si ita tecū nō adest: Illi namq; irascitur deus quem peccantem non flagellat: nam quem flagellando nō emendat in futuro damnat.

Mortis consideratio.

Certum ē quoniam mors ubiq; minaē tibi: dyabolus ī sidiaē ut rapiat animā tuā quādo egredieē de corpore: tu uero noli timere quādo deus ī te habitat: si tamē habitat eripiet te: a morte & a demone. Fidelis enim socius est nec deserit sperantes ī se nisi ipse prior deseratur: Deseritur cum cor p prauas & īutiles cogitatiōes uaga mente discurrit. Idcirco oī sollicitudine & custodia illū tenere debes ut in illo de⁹ requiescere possit. In omni namq; creatura que sub sole mūdi uanitatibus occupatur nihil humano corde sublimius: nihil nobilius: nihil deo simili⁹ reperitur. Quapropter nihil aliud querit a te nisi cor tuum. Munda ergo illud per puram confessionem & assiduam orationem: ut mundo corde deum uidere possis p continuam dei circunspectionem. In omni loco esto ei subiectus & ītentus: cōpone mores tuos ut sit in te placatus. dilige omnes homines: & omnibus te amabilem exhibe: ut sis pacific⁹ & dei fili⁹. Sic eris bonus monachus & sanctus: humilis & rectus: & cum

talis fueris memento mei: Ve mihi qui ista dico & ista non facio: & si facio aliquãdiu nõ pseuero: Ista habeo in memoria & non seruo in uita: habeo in sermonibus & non in moribus. Legem in corde & in ore tota die rumino: & contraria legi ago: lego de religione mea & plus diligo lectionem quã orationem: uerũtamen nil aliud me docet diuina scriptura nisi religionem amare: ueritatem seruare: caritatem habere. Ego autem miser & miserabilis citius curro ad lectionem: quam ad orationem: libentius uolo legere: quã missas auscultare. Expectat me aliquis uolens de necessitate sua mihi loqui: ego uero librũ aliquẽ accipio quẽ ille uel ille uellet habere: lego ĩ eo & legendo amitto fructus caritatis: cõpunctionis fletus: missarũ utilitatem: celestium cõtemplationem: Nil tamen in hac uita dulcius sentitur: nihil auidius sumitur: nil ita mentem ab amore mundi separat: nil sic animum contra temptationes roborat: nil hominem ita excitat & adiuuat ad omne op⁹ bonum & ad omnem laborem:

De instabilitate humani cordis.

Miserere mei deus quoniam ibi plus pecco: peccata mea emendare debeo. In monasterio namq; sepe dum oro non atendo quod dico: oro quidem ore: sed mente foris uagante: orationis fructu priuor: corpore sum interius: sed corde exterius: & ideo perdo qd dico: parũ enim ꝓdest sola uoce cantare: sine cordis intentione: Proterea magna puersitas: imo magna ĩsania est quãdo cum domino maiestatis loqui in oratione p̃sumimus & insensati aures auertimus: & nescio ad quas ineptias conuertimus cor. Magna quoq; insania & grauiter uindicanda cum uilissimus puluis: loquentẽ ad se audire dedignatur creatorẽ uniuersitatis: Ineffabilis uero est dignatio diuine bonitatis que quotidie cõspicit nos ĩfelices: aures auertentes: obdurantes corda nihilominus clamat ad nos dicens. Redite preuaricatores ad cor. uacate & uidete quoniã ego sũ deus. Loquitur mihi deus in psalmo: & ego illi: nec tamen cum psalmũ dico: attendo cuius psalmus sit: Idcirco magnam iniuriam deo facio: cum illum precor ut meã precem exaudiat quã qui fundo nõ audio. Deprecor illũ ut mihi intendat: ego uero nec mihi nec illi

ītēdo ſed quod deterius ē īmūda & inutillia ī corde uerſando :fe
torem horribilē eius aſpectibus ingero. Nihil ē in me corde meo
fugacius:quotiens me deſerit & p prauas cogitatōnes defluit:to
tiēs deum offendit:cor:meū ē cor uanum:uaguū & īſtabile dum
ſuo ducit arbitrio:& diuino caret cōſilio:ī ſeipſo nō pt cōſiſtere
ſed omni mobili mobilius p īfinita diſtrahit:& hac atq; illac p
īnumera diſcurrit:& dū per diuerſa requiē querit & nō īuēit:ſed
in labore miſerū ac requie uacuū manet ſibi non concordat :a ſe
diſonat:a ſe reſilit:uolūtates alternat:conſilia mutat:edificat no
ua:deſtruit uetera:deſtructa redificat:eadē iterum atquē iterum
alio & alio modo mutat:& ordinat qa uult & nō uult.& nūquā
ī eodē ſtatu permanet.Sicut enī molēdiniū uelociter uoluitur &
nihil reſpuit ſed quicquid imponitur molit: ſi autē nihil apponi
tur ſeipſū cōſumit cor meū inſtabile ſemper ē ī motu & nunquā
requieſcit.Sed ſiue dormiā ſiue uigilē :ſomniat & cogitat qcquid
ei occurrit.Et ſicut molendinum arena ſi imponatur exterminat
pix inquinat:palea occupat ſicut cor meum cogitatio amara tur
bat : immunda maculat : uana inquietat & fatigat ita cor meum
dum futurum non curat gaudium nec diuinum querit auxilium
ab amore celeſtium elongatur & ī amor terreſtrium occupatur.
Cumq; elabitur ab illis & inuoluitur in iſtis . Vanitas illud reci
pit:curioſitas deducit :cupiditas allicit:uoluptas ſeducit luxuria
polluit:torquet inuidia:turbat iracūdia:cruciat triſticia :ſicq; mi
ſeris caſibus ſubmergitur omnibus uiciis : quoniam unum deum
qui ei ſufficere poterat dimiſit.Per multa diſpargitur & huc illuc
que querit ubi requieſcere poſſit & nihil inuenit quod ei ſufficiat
donec ad ipſum redeat.A cogitatione in cogitationem ducitur &
per uarias occupationes & affectiones uariatur ut ſaltem uarie
tate ipſarum rerum impleatur : quarum qualitate ſatiari non
poteſt . Sic labitur cordis miſeria ſubtracta diuina gratia .
Cumq; ad ſe reuertitur & diſcutit quod cogitauit nil reperit
quia non opus fuit:Sed importuna cogitatio que componit mul
ta de nihilo : ſic deniq; decipit imaginatio qnaſi demonum illu
ſio imperat mihi deus ut prebeam illi cor meum : & quia impe
ranti deo non ſum obediens & ſubditus : mihi ſum rebellis & cō
trarius . Vnde mihi ſubiugari non potero donec illi non fuero
ſubiectus:mihiq; ſeruiam nolens :qui ei nolo ſeruire uolens. Id

circo plura machinatur cor meum uno momento: quam omnes homines perficere possent uno anno. Cum deo non sum unitus: & ideo cum meipso sum diuisus. Cum illo uniri non possum nisi per caritatem: nec subiici nisi per humilitatem: nec uere humilis esse nisi per ueritatem: Expedit ergo ut in ueritate me discutiā: & cognoscam quam uilis: quam fragilis: & quam labilis sum. Deinde cum omnes miserias meas cognouero necesse est ut illi īhereā per quem sum: sine quo nihil sum. & nihil facere possum. Et quia a deo peccando recessi: nisi p ueram confessionem ad illum redire non possum. Fateri ergo oportet quod fatendum est quia nunquam eo modo aut ea intentione qua peccaui peccata confessus sū. nec omniū recordatus sū, aut pp uetustatē: aut pp multitudinē: Si aūt confessus sum n̄ pure confessus sum pp turpitudinē confessionem etiam meam diuisi ut diuersis sacerdotibus diuersa manifestarem: & ita uenia carni: ad quā p partes peruenire putaui: Execranda namque fictio est peccatum diuidere & superficietenus radere: non intrinsecus eradicare. Non enim utilis est confessio in nisi oris ueritate & cordis puritate. Et tres sint qui testimonium nobis dicant in celo: pater filius & spiritussanctus. Addamus testes sacerdotes cordi nostro & ori: ut in ore duorum uel trium testium stet omne uerbum: sed dicis sufficit mihi soli deo confiteri: quia sacerdos sine eo a peccatis me absoluer̄ non potest. Ad quod ego sed beatus Iacobus respondet dicens. Confitemini alterutrum paccata uestra: Conueniens namq; est ut nos qui peccando deo contumaces fuimus penitendo supplices sacerdotibus & ministris eius simus: & homo qui ad gratiam conseruandam mediatore non eguit iam eam recuperare non nisi per mediatorem hominem possit. Gemat ergo & suspiret & anxius pro peccato timeat & expauescat: solicitus discurrat: auxiliatores & intercessores querat prosternat se humiliter homini: qui humiliter astare noluit creatori. Mam & hoc saluberrimum est ut homo corde peniteat & ore delictum suum confiteatur: quatenus deus qui prius adest per gratiam cor per penitentiam compungat: deinde adsit ut confitenti peccatorum ueniam tribuat. Quod si forte peccator uere peniteat. sed intercurrente articulo necessitatis ad confessionem peruenire non possit: confidenter credere debemus ꝙ summ⁹ sacerdos cōplet ī eo ꝙ mortalis nō potuit. Et iā apd̄ deū

factum constat quod homo quidem uere uoluit:sed non ualuit adimplere quia confessionem non contentus exclusit sed impediuit necessitas.

De peccato non excusando.



N capitulo ubi peccata mea emendare debui peccatis peccata addidi. Cum de illis clamatus fui:aut aliquo modo excusaui:aut ex toto negaui:aut q̄ deterius ē defendi:& impatienter respondi:cum nullum sit peccatum a quo non sim contaminatus aut contaminari non possim. Iustum est ut omni occasione remota emendationem promittam undecunque aut a quocunque clamer:quatenus sic liberari ualeam a peccato perpetrato uel perpetrando.

Quam sit malum alios non corrigere.



Vltitudinem iniquitatum mearum expauescens aliorum transgressiones reprehendere timui:& ideo mortis auctor extiti:quia uirus quod clamando expellere potui non expuli:indignatus sum aduersus alios qui me de uiciis reprehendebant:& quos amare debui odiui:illa que mihi nocebant uel displicebant desideraui ut non essent. Sciebam tamen quod in natura sua erant bona & a bono factore facta:sed ideo mihi nocebāt quia malus erā:& male illis utebar. Nihil enī mihi cōtrariū nisi ego ipse:meū ē qcquid mihi nocere pōt:& ego ipe mihi sarcina sū. Optaui ēt ut de⁹ peccata nesciret aut punire nollet aut nō posset:& ita uolui deū esse īsipientē:iniustū & īpotentē: quod si esset:deus nō esset. Nō est superbia super superbiam meam. propterea longe a salute mea uerba dilictorū meorū. Suspecta est siquidem deo superbia:nec fieri pōt ut cum eo in gratiam reuertatur. Diuersum utriusq; hospitiū: nec ī eodē cohabitāt animo:qbus nō licuit cohabitar̄ ī celo. In celo nata ē:sed uelut īmemor qua uia īde cecidit: illuc postea redire nō potuit. Cū autē pluuia uel nimio frigor̄ aut calore turbat⁹ fui:ↄtra deū iniq; murmuraui. Oīa nāq; q̄ ad usū uite accepimus ad usum culpe conuertimus:quapropter iustum est ut qui in cunctis peccauimus, in cunctis feriamur.

S Epe ad sacrũ mysterium uocem meam fregi :ut dulci⁹ cantarem:magis delectabar in uocis modulatione.q̃ in cordis compunctione. Deus uero cui non abscondi tur quicquid illicitum perpetratur : non querit uocis leuitatem:sed cordis puritatem. Nam dũ cantor mulcet populũ uocibus:deum irritat prauis moribus:licentiam loquendi uel ali quid faciendi sepe nimia importunitate uel calliditate a prelatis meis extorsi. non attẽdẽs miser quoniam ille se decipit qui occul te uel aperte satagit:ut hoc ei pater spiritualis iniungat quod ip se desiderat. Acum uel cultellum uel aliquid uile multotiens ni mium desiderari nec confessus sum quia peccatum non estimabã propter rei uilitatẽ. Verumtamen nõ multũ distat quecũq; sub stãtia uilis uel preciosa requirat̃ dũ equaliter sit corupt⁹ affectus. Nõ enĩ cultellus ĩ uiciũ ẽ sed cultelli appetit⁹. neq; aurũ in uiciũ ẽ sed auri cupiditas. In labore nõ laboraui quantũ debui. & quã tũ potui. In silẽtio ẽt fui ociosus: q̃ ẽ maximũ paccatũ. In silẽtio nãq; nemo sic debet esse ociosus: ut ĩ eodẽ silẽtio utilitatẽ nõ co gitet ꝓximi: nec sic actuosus ut contemplationẽ nõ requirat dei: parũ.n. ꝑficit q alteri cũ põt non ꝓdest. De uiciis me iactaui: pu tãs eẽ insigne uirtutis: ubi erat lapsus crimĩs. De uirtutibus ẽt ui cia feci. Iusticia nãq; dũ suũ modũ excedit crudelitatis uicium gi gnit. Et nimia pietas dissolutionẽ disciplĩe parturit: sic sepe uiciũ ẽ q̃ uirtus putat̃. Sicut remissa segnicies mãsuetudo creditur : & pigricie uicium quietis uirtutem imitatur. Finxi me esse quod nõ erã dixi me uelle quod nolebã: ul' nolle quod uolebã aliud ore di cebã & aliud corde uolebam: & ita sub ouina pelle uulpinam cõ sciẽtiã conseruabã. Vulpina plane cõsciẽtia est tepida conuersatio: & animalis cogitatio : ficta confessio :breuis & rara cõpunctio: obedientia sine deuotione: oratio sine intentione: lectio sine edifi catione. sermo sine circunspectione: O quã dura mihi sũt ista que loquor: quoniam meipsum loquendo ferio. Verumtamen quia me peccatorem non nego. sed peccatum meum cognosco erit for tasse apud deum pium iudicem; ipa cognitio culpe impetratio ue nie: dicam ergo dicam miseriam meam: si forte sua pietas moueat illum dicam peccatum meum : quoniam noticia peccati initium est salutis. Magnam porto coronam & uestem rotundam : regu lam seruo ieiuniorum : statutis psallo horis : sed cor meum

longe est a deo meo: Exteriorem superficiem intuens salua mihi omnia arbitror non sentiens uermem interiorem qui iteriora corrodit: unde osce: comederunt alieni robur meū & ignoraui: & ideo totus pergens in ea que foris sunt & ignarus interiorū meorum: sicut aqua effusus sum. & ad nihilum redactus sum: pteritorū obliuiscens: presentiū negligens: futura nō preuidens: ingratus sum ad beneficia: pronus ad mala: & tardus ad bona.

Quomodo se debet unusquisq; considerare.



dā amatori q pro me elegit mori ne dupla morte morer? Amor tuus amor fortis quem nō uincūt iura mortis o quā. pia me sub cura tua foues impressura ne morsu mortis ulherer Ecce tuo pre amore te cōplector cū rubore me coapto diligēter tu scis tamen euidenter sed suffer & dissimula. Hoc ꝙ ago te non greuet sed me sanet & me lauet inquinatum & egrotum sanguis fluens hic per totum ne supersit macula. In hac cruce te cruentum & distentum & contemptum ut requiram me impele & hic imple meum uelle facturus qd desidero. Vt te querā mente pura sit hec mea prima cura nec est labor nec grauabor sed sanabor & mundabor cum te complexus fuero.

Oratio ad manus.



Alue salue iesu bone fatigatus in agone qui p lignū es distractus & ad lignum es compactus expansis sanctis manibus. Manus sancte uos auete rosis nouis adimplete hos ad ramos dure iuncte & crudeli ferro puncte tot guttis decurrentibus. Ecce fluit circunqua ꝙ manu tua de utraq; sanguis tuus copiose rubicundus instar ro se magne salutis precium: Manus clauis perforatas & cruore pur puratas corde premo pre amore sitibundo bibens ore cruoris stil licidium. O quam large te exponis prōptus malis atq; bonis tra his pigros: pios uocas & in tuis ulnis locas paratus gratis omī bus. Ecce tibi me presento uulnerato cruentato semper egris mi sereris de me ergo ne graueris qui presto es amātibus. In hac cru ce sic extensus in te meos trahe sensus meum posse uelle scire cru ce tue fac seruire te meis apta brachiis. In tam alta charitate tra he me in ueritate propter crucem tuā almam trahe me ad crucis palmam dans finem meis uitiis. Manus sancte uox complector & gemēdo condelector grates ago plagis duris clauis sputis. gut tis: puris do lacrimas cum osculis. In cruore tuo lotum me cōmē do tibi totum tue sancte manus iste me defendant iesu christe in extremis periculis.

Oratio ad latus.



Alue salue sūme bonus ad parcendum nimis pronus membra tua macilenta quam acerbe sunt distinta in ramo crucis torrida. Salue latus saluatoris in quo latet mel dulcoris ī quo patet uis amoris de quo scatet fons cruoris qui corda lauat sordida. Ecce tibi appropinquo nec te iesu derelinquo uerecūda licet fronte tamen ueni ad te sponte scrutari tua uulnera. Salue mitis apertura de qua uenit uena pura porta patens & profunda super rosam rubicunda medela salutifera. Odor tuus super uinum uirus pellens serpentinū potius tuus fructus uite q sititis huc uenite te dulce uulnus aperi. Plaga rubens aperire fac cor meum te sentire sine me in te trāsire uellem totus introire pulsanti pande pauperi. Ore meo te cōtingo in te meum cor intingo te ardenter ad me stringo & ardēti corde lingo me totum in te traiice. O quam dulcis sapor iste qui te gustat iesu christe tuo uictus a dulcore mori posset pre amore te unum amans unice. In hac fossa me reconde infer meum cor profunde ubi iacens īcalescat & in pace requiescat ne ꝓrsus quicq̄ timeat. Hora mortis meus flatus ītret iesu tuum latus hic expirans in te uadat ne hunc leo trux īuadat sed apud te ꝑmaneat

Oratio ad pectus.



Alue salus mea deus iesu dulcis amor me⁹ salue pectus reuerendum cum tremore cōtingendum amoris domicilium. Aue thronus trinitatis arca late charitatis firmamentum infirmitatis pax & pausa fatigatis humilium triclinium.

Oratio ad cor.



Vmmi regis cor aueto te saluto corde leto te complecti me delectat & hoc meum cor affectat ut ad te loquar toleres. Quo amore uincebaris quo dolore torquebaris cū te totum exhaurires ut te nobis impartires ut nos a morte tolleres. O mors illa quā amara quā īmitis quam auara que ꝑ cellam introiuit in qua mundi uita uiuit te mordens cor dulcissimū. Propter mortem quā tulisti cū pro me tu defecisti cordis mei

cor dilectum totum in te fer affectum hoc ē qđ cupit plurimum. Per medullam cordis mei peccatores atq; rei amor tuus transfera tur nec a te iam deseratur quicunq; te cōplectitur. Dilatare aperi re tanquam rosa fragrans mire cordi meo te coniunge unge illud & compunge qui amat te qui patitur. Quid nam agat nescit ue re nec se ualet cohibere nullū modū dat amori multa morte uel let mori amor quisquis uincitur. Vite uas tibi proclamo te dulci corde semper amo ad cor meum inclinare ut se possit applicare deuoto tibi pectore. Tuo uiuat in amore ne dormitet in torpore ad te oret ad te ploret te adoret te honoret te fouens omni tēpo re. Rosa cordis aperire tuus odor fragrat mire te dignare dilatare fac ad te cor anhelare ut que tibi sit uicinum infer tuū īfra sinū ut uix seipsum capiat. Hic repauset hic moretur ecce iam post te mo uetur te ardenter uult sentire noli noli contraire debes ei consen tire ut bene de te sentiat.

Oratio ad totum corpus

S Alue iesu reuerēde īseruoř requirēde maiestatē hic attē de accedētē me accēde ꝑcordiali gratia. Salue cui⁹ dul cis uult⁹ immutatus & īcultus immutauit suū florē to t⁹ uersus ī pallorē quē celi tremit curia. Oīs rigor atq; uigor hinc abscessit non admiror mors apparet in aspectu totus pendens in defectu attritus egra macie Sic affectus sic despectus propter me sic interfectus peccatori sic indigno cum amoris in tersigno appare datus hodie. In hac tua passiōe me agnosce pa stor bone cui⁹ sūpsi mel ex ore haustū lactis cū dulcore ꝑ oībus deliciis. Nō me reū asperneris nec indignū dedigneris morte tibi iā uicina caput tuū huc reclina ī meis pausa brachiis. Tue sancte passioni. me gauderē īterponi ī hac cruce totus mori ꝑsta crucis amatori sub tua cruce moriar. Morti tue tā amař grates ago iesu care q es presens pie deus fac que petit tuus reus ut absq; te nō fi niar. Cū me mori ē necesse noli mihi tūc deesse ī horrēda mortis hora ueni ueni absq; mora tuere me & libera. Cū me iubes emi grare iesu bone tūc appare o amator cōplectende temetipm tunc ostēde in cruce salutifera.

Finis Orationis Beati Bernardi abbatis: clareuallis.

Incipit tractatus Beati Bernardi de uite ordine & morum institutione.



Ortatur quidam timidam mentis mee imperitiam quoniam sepe fraterna caritas: ut de uite ordine. morisq; instructione breuiter loqui debeam. Sed quia tempus est. ubi ipso qui inspirauit opitulante opus aggrediar. exordium summere necessariũ duxi: ab illa laudabili uirtute: que dicitur uerecondia. Que cum sit omnibus etatibus personis temporibus & locis apta. tamen adolescentes & iuueniles animos maxime decet: Tres uero uirtutes sunt que pueris & adolescentibus magis congruunt. uerecondia. taciturnitas. & obedientia. Non autem dubium. si has studeãt habere. quin possint decimo duce ad culmen perfectionẽq; uirtutum ascendere. Morum enim insignia. & ornamenta uirtutum in illis procul dubio cernimus senibus qui ab ipso tyrocinio primeue etatis. usum ad perfectũ uirum disciplinis celestibus exercitati. per uiam domini fortiter cõcurrerunt: Quorum scilicet sapientia tantũ uiget & lucet: quãtum senectus ipsa etate fit doctior. usu tricior. ꝓcessu temporis prudentior. Hic autem ueterum studiorum dulcissimos fructus edit & alios reficit. Multi namq; senes diu uiuentes & nihil proficientes. quia nullas sibi inoportuno tempore diuicias congregauerunt inopes omnium uirtutum. animos iuuenum reprobe uite morbo ĩficiunt. Sicut enim per senem uiciosum & fatuum. ita & per adolescentem' inuerecondum & temerariũ. religio sancta destruitur. Post indoctos namq; malosq; prelatos. in sancta ecclesia nulla pestis ad nocendum infirmis ualentior inuenitur. Deniq; talium hominum genus. ista de quibus apostolus predixit tempora prohdolor sine numero ferunt. quando omnia ferme que bona sunt & sancta pessundari confundiq; uidemus. Et quoniam senes in melius mutari ab illa inolita uiciorum

consuetudine difficilimum est : debemus adolescentibus ma
num porrigere . qui si dare uolunt operam omni depulso
tempore possunt utique per gratiam christi uitam corrigere .
moresque componere actusque suos in omnibus meliorare . Id
circo diu est quod desideraui propter iuniorum salutem . eo
rum precipue cum quibus uiuo . ex opusculis patrum pau
ca quedam deflorando colligere . que tenere etati eorum ui
deantur spiritualiter consulere. Est enim mihi fateor tristicia ma
gna . & continuus dolor super cecitate cordis eorum . quia cum
didicerint in scola christi. qualiter debeant & uicia propulsare .
& sanctis uirtutibus insudare : Heu rebellionis spiritu armati .
tam precipiti impetu per arbruta uiciorum currunt ad mortem.
ut eos auriga presidens nullo freno discipline ualeat cohibere .
Deberent utique in domo dei ad cultum diuini honoris super
omnem ornatum tanquam uasa aurea refugere. Cur autem qui
ab ipsis primis infancie annis educati sunt tanta cura tantoque la
bore indigent nisi ut fortes in bello facti contra mundum &
eius concupiscentiam . contra carnem & eius desideria . contra
dyabolum & eius multiplicia temptamenta uiriliter pugnent ?
Sed quod ammirandum est & tolerandum . plus eis quoniam cete
ris grauis & austera uidetur discipline regula . Quare hic . nisi
quia secularem magis diligunt uitam. Certe uel nullus uel rarus
inter eos inuenitur . qui libenter sequatur patris institutũ . & maio
rũ uitam diligat . . aut quia labor eum deterret . aut quia in lubri
ca etate difficilior est abstinentia: aut quia alacri adolescentie ui
detur uita obscurior . & ideo ad ea conuertuntur studia que plan
sibiliora arbitrantur . presentia quippe plures quam futura preferũt.
sed meminisse debent . quia non presentibus sed futuris militant.
Vnde quo prestantior causa . eo debet cura esse attentior. Infe
lix qui legem uite & discipline abicit. & maiorum gubernari ma
gisterio refugit. Ipse uero non secundum deum. sed secundum se
uiuit. qui si poterit. est cum quibus uult. pergit quo uult. mãducat
& bibit quando & quid uult & quantũ uult. ridet aut iocatur inter quos
& ubi & quando uult: Postremo quicquid auribus suaue est. quicquid
tactui blandum quicquid oculis delectabile quicquid ceteris sen

sibus carnis sue iocundum exercet ac sequitur. Ille uero qui se
cundum deum uiuit. non quod eum carnaliter delectat. sed quod spiri
tualiter edificat facit: & quicquid cupit aut agit. non uult ex sua.
sed ex dei uoluntate maiorumque suorum iussione procedere. Ne
mo tamen positus in adolescentie uel intemperantie lubrico. de
sui conuersatione desperet. Oleaster enim oliue insertus. amissa
amaritudine efficitur fructuosus. Si ergo agricultura conuertit
stirpium qualitatem. nonne studia doctrine & discipline assidui
tas mitigare possunt quelibet egritudines passionum? Sed ne
puerilis uita uariis lapsibus uicietur. oportet teneros animos pre
fatis diligenter mancipare uirtutibus. quatenus bona consuetu
do. cum etate accrescat simul. Vt igitur clarius patescat quanta
& qualis uirtus sit uerecondia. prius Ambrosii magna ex parte
ponamus sensus & uerba. ne si forte me paruipenderint homun
tionem. magnum Ambrosium immo in Ambrosio christum deum
audeant spernere. Sic enim ille ait. instruendorum morum magi
ster. Est autem bonorum adolescentum. timorem dei deferre prib⁹
honorem habere senioribus. castitatem tueri. non aspernari hu
militatem. diligere clementiam ac uerecundiam. que ornamenta
sunt minori etati. Vt enim in senibus grauitas. in iuuenibus ala
critas. ita in pueris adolescentibus uerecundia uelut quadam do
te commendatur nature. Quam pulchra uirtus uerecundia &
suauis gratia. que non solum in factis. sed etiam in ipsis specta
tur sermonibus. ne modum progrediaris loquendo. ne quid inde
corum sermo resonet tuus. Speculum enim mentis. plerumque in
uerbis refulget. Ipsum sonum uocis librat modestia. ne cuiusdam
offendat aurem uox fortior. Denique in ipso canendi graue prima
disciplina uerecondia est. immo etiam in omni usu loquendi. ut
sensum quis aut psallere aut canere. aut postremo loqui incipiat.
ut uerecunda principia comendent processum. Est enim in ocu
lis uerecundia qua prohibetur boni adolescentis pudica anima
intueri & aloqui feminas. non ut execretur sexum. sed ut fugiat
uicium. Plurimum autem proficit ad tuitionem castitatis. custo
dia oculorum. Multi uero perierunt propter speciem carnis. Vn
de dominus dicit. Qui uiderit mulierem ad concupiscendum eam
iam mecatus est eam in corde suo. Bone indolis adolescentes

in monasterio uiuentes. ita se omni studio conseruent. ubi adole
scentiam suam nulla libidinis sorde commaculent. ubi ad altare
christi quasi de thalamo uirgo procedant. Quorum tanta animi
debet mundicia esse. ut prentiuia uerecondia ne sermonem quidē
audire uel uelint eloqui impudicum. Et ne incentinis naturali
bus superentur necesse est ut lasciuiens caro eorum crebris fran
gantur ieiuniis. Melius eos stomachum dolere: q̄ mentem. Bea
tus plane adolescens qui castus perseuerat corpore & mene. Huic
procul dubio caro & sanguis redemptoris nostri efficitur sal⁹ &
uita. Sunt & qui propter humanam confusionem sine respectu
diuini timoris pleni sordibus audacter se ingerunt tantis miste
riis. Homo uidet in facie. deus autem in corde. Sed illi plus me
tuunt homines q̄ deum. O ceca temeritas. & o dei mira patien
tia. Nunquid enim tantum peccauerunt. uel quos ignis consum
psit. uel quos terra absorbuit: Nunquid tale scel⁹ filiorum aaron
alienum ignem offerentium quale est istorum. qui tam terribilia
sacramenta sumunt sibi ad mortem: Et enim sic uiuendum est ut
panem illum consubstantialem semper accipere ualeamus. quia
ue ei qui se fecerit alienum ab eo. & multum ue illi qui spurcus &
immundus accesserit. Vtrobiq̄ grande periculum. Idem magna
necessitas instat. ne indigni inueniamur. Quapropter tenenda
est in omnibus uerecondia pudicicie comes cuius societate casti
tas ipsa tutior est. Bonus enim regende castitatis pudor ē comes.
Qui si repellat prima pericula pudicitiam temerari non finit. Et
enim in uerecondis oculis & lasciuis sermonibus libidinosus ani
mus deprehenditur. & per exteriorem hominem interioris ho
minis uita monstratur. Multa & dura corporis bella sustinet ado
lescentiam & calore sanguinis inflamata. ubi euadere possit. om
ni indiget custodia. Quanto plura sunt que impugnant pudici
ciam. tanto maiora sunt premia. Sed ubi maior est labor. ibi
amplior est & merces. Amatores autem uerecundie. sumant
exemplum de matre domini. que quanuis esset mitissima. ta
men preuerecondia salutantem se angelum non resalutauit.
In ipsa uero oratione nostra multum uerecondia placet. mul
tum conciliat gratie apud dominum nostrum. Nonne hic pretu
lit publicanum. & comendauit eum. qui nec oculos suos

audebat ad celos leuare: Ideo iuſtificatur magis domini iudicio
quam ille phariſeus quē deformauit preſumptio . Oremus &
nos inquantum poſſumus. in incorruptione quieti & modeſti
ſpiritus qui eſt ante deum locuplex . Paulus quoque orationem
deferri precipit cum uerecondia & ſobrietate . Primam hanc &
quaſi primam uult eſſe orationis future. ut non glorietur pecca
toris oratio. ſed quaſi colore pudoris obducta . quo plus defert
uerecondiam de recordatione delicti . eo uberiorem mereatur
gratiam . Eſt enim in ipſo motu geſtu inceſſu tenenda uerecon
dia . Habitus enim mentis in corporis ſtatu cernitur. Hinc ho
mo cordis noſtri abſconditus. ubi leuior. aut iactantior. aut tur
bidior. aut contra grauior & conſtantior. & purior & maturior
eſtimatur . Itaq; uox' quedam eſt animi corporis motus . Sepe
enim per inceſſum proditur qualis ſit animus. Lucet quippe in
quorundam inceſſu. ymago leuitatis. ſpecies quedam ſcurrarum
perſcrutantium. Sunt etiam qui ſenſim ambulando. immitantur
hyſtrionicos geſtus. & quedam fercula pomparum & ſtatuarum
motus imitantium. ſi quotienſcunq; gradum transferunt modu
los quoſdam ſeruare uideantur . Nec curſim ambulare hone
ſtum arbitror. niſi cum cauſa exigit alicuius periculi . uel iuſte
neceſſitatis. Nam plerunq; feſtinantes anhelos uidemus torque
re ora. quibus ſi deſſit cauſa feſtinationis . neceſſarie uenus iuſte
offenſionis eſt . Sed niſi de his dico quibus rara properatio ex
cauſa naſcitur . ſed quibus iugis & continua in naturam uerti
tur. Nec in illis ergo tanquam ſimulacrorum effigie ſprobo : nec
in iſtis tanquam excuſſorum ruinas . Eſt enim greſſus probabi
lis ineſt ſpecies auctoritatis. grauitatiſq; pondus. & tranquilita
tis ueſtigium. ita tamen ſi ſtudium deſit atq; affectatio . ſed mo
tus ſit purus & ſimplex. Nihil enim fucatum placet . Motum na
tura informat . Si quid ſane in natura uicii eſt . induſtria emen
det. ut ubi ars deſit . non deſit correctio . Quod ſi etiam iſta
ſpectentur alteri . quanto magis cauendum eſt . ne quid tem
pore exeatur de ore. Hoc enim grauiter coinquinati hominem.
Non enim cibus coinquinat. ſed iniuſta obtrectatō. ſed uerborū
obſcenitas. Hec enim uulgo pudori ſunt. in noſtro uero religio

nis pposito.nullum uerbum qd inhõneste cadat non incutiat ue
recundiã. Et nõ solum nihil ipi idecorũ loq. sed ne aurẽ qdem de
bemus huiusmodi pbere dictis.qa qm delectat audire alterũ loq
puocat. Audiř quoq; qd turpe sit pudori maxĩo ẽ. Videř uero si
qd huiusmodi fortuitu accidat quãti horroris est? Quod ergo in
aliis displicet.nunqd põt in seipo nõ displicere? Hec ipsa natura
nos docet q̃ pfecte qdẽ oẽs partes nr̃i corporis explicauit. ut &
necessitati cõsuleret & gratiã uenustaret.Sed tñ eas q̃ decoris ad
aspectũ forẽt.ĩ qb' forme apex.quasi ĩ arce q̃dã locatus.& figere
suauitas & uult' spẽs emineret. opandiq; usus eẽt patior obuias
atq; aptas reliquid. Eas uero in qbus esset naturale obsequiũ ne
cessitatis.Ne deforme pberent spectaculũ.ptim tanq;. ĩ ipso emẽ
dauit atq; absõdit corpore.ptim docuit.atq; suasit tegendas. Nõ
ne igiť ipsa natura magřa fit uerecõdie:Cui' exemplo modestia.
id quod ĩhac corporis nostri fabrica abditum repperit.opuit &
texuit? Ergo nature opifex sic nostre studuit uerecundie.sic deco
rum illud & honestum in nostro custodiuit corpore. ut ductus
quosdam atq; exitus cuniculorum nostrorum post tergum rele
garent.atq; ab aspectu nostro auerterent.ne purgatio uentris ui
sum oculorum offenderet. De quo pulchre ait apostolus. Que ui
dentur membra corporis nostri infirmiora necessariora sunt . Et
que putamus ignobiliora membra corporis esse. eis abundantio
rem honorem circondamus . Et que inhonesta sunt nostra . ho
nestatem habundantiorem habent. Et enim immitatione nature
industria ausit gratiam.ut non solum abcondamus ab oculis.ue
rum etiam que abcondenda accepimus.eorum indicia usus q; mẽ
brorum sui appellatione nuncupare indecorum putemus . Deni
q; si casu aperiantur he partes confunditur uerecondia . Si stu
dio . impudentia estimatur . Cum ergo in quibusdam humanis
membris . tanta sit deformitas . ut nominari magna sit uerecun
dia: Heu quoniam turpes illi & quoniam impudentes . qui has
secretas partes corporis non solum desiderantes cernunt . sed ẽt
studiose tangunt etiam pudet me ac piget illorum facta referre ĩ
quibus regnat sodomica libido.quibus sic iratus est deus.eiusq;
iusto iudicio.ita traditi ĩ reprobum sensum . ut masculus in mas
culo tupitudinem operetur. Nonne deteriores brutis animalibus

effecti. quibus non est intellectus? Si. n. caim qui nudatum patrē uidens risit. in filio maledictus esset. qua isti maledictione feriun tur qui desiderio peccandi suam aliorumq; turpitudinem detegere non erubescunt? Vtinam uiderēt. quantis flagitiis talibus deum offendunt. Sunt & qui pulchros homines. despectis deformibus amant & laudant. suscipiunt & honorant. illi autem qui sanos habent oculos. solam anime pulchritudinem ī homine diligunt & reuerentur. Qualis est ista pulcritudo? quam leuis febricula perdit. & rugosa senectus ita totam dissoluit. ubi nec fuisse pute tur. Et tamen sunt qui habentes hanc extolluntur. & cum sint uacui uirtutibus. pro hac sola se gloriosos arbitrantur. Nos cer te in pulcritudine locum uirtutis non ponimus; gratiam tamen non excludimus. quia uerecundia & uultus ipsos solet pudore ef fundere. gratioresq; reddere. Vt enim artifex in materia commo diore melius operari solet. sic uerecundia in ipso quoq; corporis decore plus eminet ita tamen ut etiam ipse non sit affectatus cor poris decor. sed naturalis: simplex. neglectus magis quoniam ex petitus. non preciosis & albentibus adiutus uestimentis. sed com munibus. ut honestati uel necessitati nil desit. nil accedat nito ri. Vox ipsa non remissam. non fractā. nihil femineum sonans qualem multi grauitatis speciem simulare consueuerunt. sed formam quandam & regulam ac succum uirilem reseruans. Hoc est enim pulcritudinem uiuendi tenere. conuenientia cuiq; sexui. & persone reddere. Hic ordo gestorum optimus hic ornatus ad omnem actionem accomodus. Sed ubi molliculum & in fra ctum uocis sonum. aut gestum corporis non probo. ita ut ne q; agrestem neq; rusticam naturam immitemur. Cuius discipline formula effigies honestatis est. Immitetur ergo pius adolescens uestigia ysaac & yoseph sit uerecondus. castus. & simplex & so brius humilis obediens patiens & remissor iniurie faciat ut da niel & tres pueri. Studeat sapientie & non det se illecebris gule. Pinguis uenter ginit tenuem sensum fugiat ebrietatem tanquam

tienenum: Si religiosus uult esse nunquam uinū redoleat. ne au diat illud philosophi hoc non est osculum porrigere sed uinum propinare. Amet sanctarum scripturarum scientiam. ne mens eius uel uanis uel lasciuis cogitationibus pateat. Beatus qui di uinas scripturas legens uerba uertit in opera. Sit abstinens ira rum & fugitans litium ut bonis pollere uirtutibus uel moribus hoc iudicio probetur. Sicque se exibeat ut seniores inter quos ha bitat dum āmirantur uitam non sinantur despicere etatem. Sit inter fratres & coequales suos primus in opere: extremus in or dine & ita siugulis uirtutibus insistat ut nulli eorum secundus inueniatur. Delectat me adhuc in partibus demorari uerecon die quia ad eos loquor qui aut bona eius ex semetipsis recogno scunt aut damna nesciunt.



Rdo quidam uite tenendus est. ut a uerecon dia prima quedam fundamenta ducantur. que socia ac familiaris est mentis placiditati. Proteruiam fugiens. ab omni aliena luxu'. Sobrietatē diligit. honestatem fouet. deco rum illud exquirit. Sequatur conuersatio nis electio. ut adiungantur probatissimis quibusq; senioribus. Nam ut equalium usus dulcior. ita senum dulcior est qui magisterio quodam & ductu uite collorat mores adolescentium. & uelut muri ce probitatis inficit. Nempe si hi qui sunt ignari locorum cum solertibus uiarum iter audiri gestiunt quanto magis adolescen tes cum senibus debent nouum iter sibi aggredi quo minus er rare possint & a uero trinitate uirtutis deflectere. Nihil enī pulcri⁹ quā eos & magr̄os hr̄e & testes. Pulchra itaq; copu la seniorū atq; adolescētiū alii testimonio alii solatio sīt alii de lectationi. Legitur quod barnabas marcum assumpsit paulus si

lam & thimotheũ . & tytũ . ut seniores cõsilio pualerent iuniores ministerio. Patet nãq; qđ nulla ars discitur absq; magro. Si. n. aĩalia & fere aues. & apes duces hñt & principes suos sequuntur q̃to magis hoĩes sine rectore & ductore eẽ non possunt: Inde cauendũ ẽ ne adolescẽtiores & puuli sine duce ĩgrediantur uiã. q̃m nũ q̃ ĩgressi sũt & ĩ partẽ alteram declinantes. errores patiant̃. si uel plus uel minus ambulant. q̃ necesse est. aut currẽtes lassẽtur aut morã faciẽtes. obdormiant. Plerũq; ẽt uirtutibus pares. dispares etatibus sui delectãtur copula. sicut delectabãtur petrus & iohãnes. Nam adolescẽtem legim⁹ iohãnẽ. quãuis nullis seniorũ ĩ uirtute fuerit secũdus. Erat. n. ĩ eo senect⁹ uenerabilis morũ. & cana prudẽtia uirtutũ oĩum. Magnũ. n. hui⁹ uite solaciũ ẽ. ut habeas cui pectus tuũ apias. cũ quo archana pticipes. cui cõ mittas secreta cordis tui. ut ames & sequaris eũ. q tibi paterna pietate in tristibus cõpatiat̃. in psecutionibus adhortetur. & in psperis congratuletur. felix talis societas. talisq; amicitia qua nihil est in reb⁹ humanis pulchri⁹. Teneamus igit̃ uerecũdiã ul' eã que ad totius uite ornatũ nos attollit modestia. Magna. n. modestia ĩdiuidua uerecõdia socia. que cũ sit ẽt sui iuris remissior nihil sibi usurpans. nihil ibi uindicãs. & quodãmõ ĩter res suas cõtractior. diues ẽ apđ deũ. Verecũdia modestia & modesta uerecũdia: que nulli insidias machinat̃. lesa nõ irascit̃: & cũctos simpliciter respiciens. de nullo sinistrũ aliquid suspicat̃. Hanc teneamus primũ. hãc diligam⁹: & ubi eã semp hẽre possimus. fugiẽda: nobis familiaritas & confabulatio eorũ. q turpiter & indisciplinate uiũt. Taliũ ĩfinitus ẽ numerus. Habet. n. suos scopulos uerecũdia. nõ quos ĩpa ĩuehit. sed hos qđ sepe ĩcurrit si in ĩpantium ĩcidamus cõsortia. q sub spẽ iocũditatis uenenũ infundunt bonis. Hii si assidui sũt maxĩe ĩ cõuiuio. ludo. risu. ac ioco. eneruãt grauitatẽ illã uerilẽ. & aĩos pueriles corrũpunt. atq; suis malis assuefaciunt. Caueamus itaq; nedũ relaxar̃ aĩum uolumus. soluamus oẽm armoniã quasi cõcẽtũ quẽdã bonorũ operũ. Vsus enĩ cito ĩflectit naturam. q̃m multos stultorũ societas decipit. Quod nobis cũ fabulis. risu. & ioco. Nã licet ĩterdũ honesta ioca & suauia sint. tñ ab eclexiastici aberrant regula. quoniam que in scripturis sãctis nõ repimus quẽadmodum usurpare possimus: Cauẽda sũt enim ẽt oĩa que inflectere possũt grauitatẽ ꝓpositi nostri nostreq; ꝓfessionis. Ve uobis

q ridetis. quia flebitis uos. dñs ait. Nos ridendi materiam inqui
rimus. ut hic ridentes illic fleamus. Ipsũ namq; dñm fleuisse legi
mus. Nõ solũ ꝓfusos. sed ẽt omnes iocos arbitror declinandos:
nisi forte plenum grauitatis & grẽ sermonem esse non idecorum
est. Ingemiscendum est autem iugiter & postposita securitate lu
gendũ. ne a deo deseramur propter superbiã & negligẽtias. & in
potestate demonũ reliquamur. Re uera quẽ domin⁹ derelinquit
demones suscipiunt. & susceptum sue ꝑditiõis participẽ faciunt.
Terribilis ĩ cõsiliis super filios hominum deus. Operatur enim
figulus ex eadem massa. aliud uas in honorem. aliud in cõtume
liã Sũt uasa misericordie. sũt & uasa ire. Sunt nouissimi primi &
primi nouissimi. Sunt multi uocati. pauci uero electi. Et iõ un⁹ qs
q; nr̃m opetur salutẽ suã sicut ait apostol⁹. cũ timore & tremore.
Declinet a uanitate mũdi spnat amorem. Amplectatur luctũ &
quietem. & sectetur q̃tũ potest uerecõdiã. trãquillamq; mansue
tudinẽ. q̃ facit ut hõ inter homines pacifice uiuat. ut ad oĩa que
inhonesta sũt erubescat. Laudãda aũt uirtus uerecũdie. qa quorũ
oculos. aures linguã que possidet. nõ sinet turpiter ludere. ac ride
re. efficiens eos graues & mites. Ecõtra. grãde uiciũ ẽ iuniorũ ĩpu
dẽtia que improbo ausu. & dissolutione sua. patres & fratres cõ
turbat. qa sicut scriptũ ẽ: nec deũ nec hoĩes ĩuerẽt. sed letãtcũ ma
lefecerit. & exultat ĩ reb⁹ pessimis. facta ẽ & frons meretricis. qa
nõ potest erubescere. Vñ lingua audax & frons inuerecunda qd
loquat̃. qd ue gerat non curat. Cũ enĩ boni & mãsueti adolescen
tuli. tacẽdo reuereãtur maiores suos. Nemo solius taciturnitatis
hanc laudẽ putet. qa silentium ipsum in quo est reliquarum uir
tutum ocium. maximus actus uerecũdie est. Deniq; si est aut ĩsan
tie putatur. aut superbie probo datur. si uerecundie laudi dici
tur. Taceba in periculis susanna. & grauius uerecondie quoniam
uite damna putabat. Deo soli loquebatur. cui poterat casta uere
cundia loqui. Fugit & pulcher ioseph. relicta ueste in manibus
fornicarie. tacensq; celeriter egressus est. qui in congrua sue uere
cundie audiens non poterat diu stare. Moyses quoq; & yeremias
quod poterant per gratiam. excusabant per uerecundiam. Tuti
us enim est discere quoniam docere. tacere quoniam loqui. Quid
enim post uerecondie boni iuniorum etas magis debeat discere
quoniam tacere? Pitagoras quidem legem silentii suis dedit disci

pulis. ut tacentes p quinquennium loqui discerent. & tu non uis tacere. cui uirtus silentii propria est. Quid opus ē o adolescens. ut properes periculum suscipere loquendo. cum tacere possis esse tutior. Quam plures uidi loquēdo peccatum incidisse. uix quem q̄ꝫ tacendo. Ideoq̄ꝫ tacere nosse qm̄ loqui difficilius ē. Scio pleros q̄ꝫ loq̄. cū tacere nesciāt. Rarū ē tacer̄ quēq̄ꝫ. cū sibi loq̄ nihil ꝓsit. Sapiēs ergo q̄ nouū tacer̄. Alliga moneo s̄monē tuū ne luxuriet ne lasciuiat. & multiloqo peccata sibi colligat. Sit restrictior. & ripis ipsius coerceatur. Cito lutum colligit. annis exundans. Sit tibi grauitas in sensu. in sermone pondus. atq̄ꝫ in uerbis modus. Hec autem si custodieris. eris mitis. mansuetus & modestus. Cu stodi cor & retine linguā. Bona enim possessio mens bona. Sepi ergo possessionem. & muni eam undiq̄ꝫ ne irruant ī eam & capti uā ducant irrationabiles corporis possessiones. Custodi q̄ꝫtum potes īteriorem hominem tuum. Noli eū quasi uilem negligere ac fastidir̄. q̄a preciosa possessio est. Et merito preciosa cuius non caducus fructus & temporalis. sed stabilis atq̄ꝫ eterne salutis. est. Si bene uis custodire. tace prius et audi. & nō delīquas in lingua tua. Graue malum. ut aliquis ore suo cōdemnetur. Et enim si pro ocioso uerbo reddet unusquisq̄ꝫ rōnem ī die iudicii. quantoma gis ꝑ uerbo īpuritatis et turpitudinis & īpietatis? Videamus etiā ne rationem ponamus pro ocioso silentio. Est enim fructuosū & negociosum silentium. Tacendo enim apud hoīes. melius loq̄ mur deo. Multe enim cōtemplationes sunt. q̄bus aīa deuota deo tacendo mirabiliter pascitur. Dauid ꝓpheta docuit nos tanq̄ꝫ in ampla domo deambulare in corde nostro. & conuersari cum eo tāq̄ꝫ cum bono contubernali. ut ipse diceret sibi & loqueretur se cum. Dixi custodiam uias meas. Moyses ī silētio loquebatur. & ī ocio operabatur. Quādo ergo iustus solus ē. qui cum deo semꝑ ē? Quomodo solitari⁹ ē. qui nunq̄ꝫ sepatur a xp̄o? Quādo autē a negocio. qui nunq̄ꝫ feriatur. a merito. quo cōsumatur negociū? Quibus aut locis circūscribitur cui totus mūdus diuiciarum pos sessio est? Qua existimatione diffinitur. q̄ nec opatione cōprehē ditur? Nūc quidem de deo cogitat & scīs angelis eius. atq̄ꝫ ī mar scesibili gloria eterne beatitudinis. nūc uero de uersuciis dyabo li. de peccatis suis. de hora mortis. de pena inferni de die tre

mendi iudicii. nunc autem de profunditate diuinarũ ſcripturarũ. de natura uirtutum. & bonorum cõpoſitione morũ. Quam glo rioſum tale ſilẽtium. ubi eloquia domini. eloquia caſta ſunt. Eſt igitur tacendi & loquendi modus. Bona mẽs & uerecunda. ubi loquatur multa. prius conſiderat quid dicat. & cui dicat. quo lo co & tempore. Merito ſapiens dicendus eſt. Qui nouit tempus lo quendi. Vnde bene ait ſcriptura. Homo ſapiens tacebit uſq; ad tempus. Ideo ſancti domini qui ſciebant. quia uox hominis ple rũq; peccato iuncta eſt. & inicium erroris humani ſermo eſt ho minis. tacere amabant. Deniq; ſanctus dauid ait. Poſui ori meo cuſtodiam. Propheta tacebat uel cuſtodiebat. & tu nõ cuſtodies? Potes autem cuſtodire. ſi cito non loquaris. Lex dicit. Audi iſrael dominum deum tuũ. Audi enĩ dixit. & non loquere. Tue enĩ eta tis eſt tacere & obedire nec tamẽ de maioris ſnĩa iudicare. Scrip tum eſt iterum. Audi iſrael. & tace. Yſaac deferebat patri ſuo ho norem & obediens eius uoluntati non recuſabat mori. Yſaac uero naue ſedulo obſequio moyſen uenerabatur. & obediens exi ſtens in omnibus tantam gratiam apud deum meruit. ut illi⁹ ſuc ceſſor ad regendum populum eligeretur. Heliſeus autem relicto aratro mactatiſq; bobus uocantẽ helyam ſequtus. per uerã mitẽ q; obedientiam ad tantam morum aſcendit celſitudinem. ut ſpi ritus tam excelſi magiſtri dupliciter in bono diſcipulo requieſce ret. Abraham uero ille fidelis ſenex ad uiſionẽ domini reliquit terram natiuitatis & q̃uis multis in locis frequẽtes iniurias gra ueſq; perpeſſus foret labores. nunq̃ cepte obidiẽtie ſe pẽituit. In tantum enĩ per obedientiam & fidem placuit deo. ut ei de chriſto primum repromiſio fieret. Ipẽ dominus & deus noſter ieſus chri ſtus. in factis dictiſq; ſuis multum nos obediẽtiam docet. Vera enim ſubiectio propter deum proprie uoluntatis mortifica tio. dum abiecta et in digna de ſe credit. deo acceptabilem homi nibuſq; dulcem obedientiam parat? Deniq; uoluntas propria ex liberi arbitrii preſumptione deſcedens. obſtinatis. & inobedien tibus ipſa bona in peccatum conuertit. Vir bonus cum bonis ſcilicet omnibus habere obedientiã ſtudeat: Scriptũ quippe eſt. Melior eſt obediẽtia quoniam uictime & auſcultare magis q̃m offerre adipẽ arietũ. q̃m q̃i pccm̃ ariolãdi ẽ repugnarẽ. & taq̃; ſcel⁹ ydolatrie nolle agneſcerẽ. Cernis q̃tũ & q̃le ſit iobedientie malũ.

quod ydolatrie magisq; compatur artibus? Adolescētes aūt qui tali sunt repleti malo. subdi senioribus dedignantur. Facta uero eorum aut dicta tumida & erecta ceruice. nō obseruant. sed diiu dicant. Non uenerando exaltant. sed spnendo exaltant. Sed nō impune. Inde euibenter deficiunt. unde miseri proficere debuerūt: Hic aut uult de⁹. ubi hō p hoīem doceatur. & minor maiori sub datur. Si enim angelus angelo imperat. & inter iubentem & obe dientem sūma manet semper concordia. uideat ille qm̄ grauiter peccat qui debitam exibere suis maioribus reuerentiam non cu rat. Interiorem namq; illorum qui non obedientes sunt & suos seniores suosq; patronos despiciunt. Multa dici potuissent. nisi promisse breuitatis memor illa studio preterirē. Vt quid pluras Vna enim sententia obedientibus & inobedientibus sufficere pt quoniā p se ueritas loquitur dicens. Qui uos audit me audit. & qui uos spernit me spernit. Inde illi gaudeant gaudio magno. q seniores suos uenerationi habent & honori propter xp̄m. Multi namq; de uirtute obedientie multa scripserunt. inter quos pater benedictus de ea tam teribiliter locutus ē. ut frm bene obediētiū corda p̄nimio timore concuti ualeant. Sed & ille sūm⁹ mellifiui oris gregori⁹. mirabiliter super exaltat & magnificat eam. Demō strare autem uolens quāti sit meriti obediētia. ita ait uir eloqns Sola namq; uirtus ē que uirtutes ceteras mēti īserit insertasq; cu stodit. Vnde & primus habeo preceptum quod obseruaret acce pit. cui si uellet se obediens subdere. ad eteruā beatitudinem sine labore pueniret. Deinde idē doctor uerba que locutus est spiritus sanctus p os samuelis supius posita exponens dixit. Obedientia quippe uictimis iure preponitur. qa p uictimas aliēa caro. p obe dientiā uero uoluntas propria mactatur. Tanto quisq; deum ci tius placat. quanto ante eius oculos repressa arbitrii supbia. gla dio p̄cepti se īmolat. Quo cōtra ariolandi peccatū in obedientia dicitur. ut quanta sit uirtus obedientie demonstretur. Ex adūer so enim melius ostenditur. quid de eius laude sentiatur. Si enim quasi peccatum ariolandi ē repugnare. & quasi scelus condolere nolle acquiescere. sola est que fidei meritum possidet. sine qua qs q; infidelis conuincitur. etiā si fidelis eē uideatur. Hinc p salomo nē ī ostensione obedientie dr̄. Vir obediens loqt̄ uictorias. Vir quippe obediens uictorias loquitur. quia dum aliene uoci humi

liter subdimur nosmetipsos in corde superamus. Hinc ueritas in euangelio dicit. Eum qui uenit ad me non eiciam foras . quia nō ueni facere uoluntatem meam sed eius qui misit me. Quid .n. suū faceret si eos qui ad se ueniunt expulisset? Quis autem nesciat. quem uoluntas filii a patris uoluntate non discrepet? Sed primus homo quia suam uoluntatē facere uoluit. a paradisi gaudiis exiuit & secundus ad redemptionem hominum ueniēs. dum uoluntatem patris & non suam facere ostendit. permanere nos ītus docuit. Cum ergo non suam sed uoluntatem patris facit. eos qui ad se ueniunt foras non eicit. quia dum exemplo suo nos obidiētie subicit. uiam nobis egressionis claudit. hinc rursum ait. Non possum ego a meipso facere quicquā . sed sicut audio iudico Nobis quoq; obedientia usq; ad mortem seruanda precipitur. Ipse autem si sicut audit iudicat. tunc quo obedit cum iudex uenit. Ne igitur nobis usq; ad presentis uite terminum obedientia laboriosa appareat. redemptor noster indicat. quia hāc cum iudex uenerit seruat. Quid ergo mirum. si peccator homo obedientie in presentis uite breuitate se subicit. quando hanc mediator dei & hominum & cum obedientes remunerat non relinquit? Sciendū est uero nunquam per obedientiā malum fieri. Aliquādo aut bonum quod agitur per obedientiam. debet intermitti. Neq; enim mala arbor in paradiso extitit. quoniam deus homini ne tāgeret interdixit. Sed ubi melius per obediētie meritum homo bene cōditus cresceret. dignum fuerat. ut hunc etiam a bono prohiberet quatenus tanto uerius hoc quod ageret uirtus esset . quanto & a bono cessans. auctori suo se subditum humilius exiberet. Sed qa ñ nūq; nob̄ hui⁹ mōdi ꝓspa. ñ nūq; iubētaduersa. sciēdū sūmopeꝛ ē qđ obedientia aliqñ si de suo aliquid habeat. nulla est. aliquando autem si de suo aliquid non habeat . minima est . Nam cum huius mondi successus precipitur. cum locus superior imperatur is qui ad percipienda hec obedit obedientie sibi uirtutem euacuat. si ad hec etiam ex proprio desiderio anhelat. Neq; enim se sua obedientia dirigit. qui ad percipienda huius uite prospera. libidini proprie seruit. Rursum cum mondi despectus precipitur. cum probra adipisci & contumilie iubentur. nisi ex se ipso animus appetat. obedientie sibi meritum mi nuit. qui ad ea que in hac uita

despecta sunt. inuitus nolensq; descendit Ad detrimentum quip pe obedientia ducitur. cum mentem ad suscipienda probra huius seculi. nequaquam ex parte aliqua etiam sua uota comitãtur. De bet ergo obedientia aliquid ex suo in aduersis hr̄e & rursum in prosperis ex suo minime aliquid habere. quatenus & in aduersis tãto sit gloriosior. quanto diuino ordini etiam ex desiderio iun gitur. Et in prosperis tanto sit uerior. quanto a presenti ipsa qm̄ diuinit⁹ percipit gl'a funditus mente separatur. Hic ergo tanti do ctores euidentissimis asertionibus. moyses & paulus ĩ factis suis proculdubio testantur. Quere & lege. quid uterq; eorum fecerit. Verumtamen inter hec scire oportet quod innouis mẽtibus uir tus semper obedientie iungitur domino testãte qui ait. Oues mee uocem meam audiunt. & ego cognosco eas. & sequntur me. Re demptori igitur suo non obedit. qui innocens nõ est. Et innocẽs esse non potest. qui obedire contẽnit. Sed necesse est. ubi ipsa obe dientia non seruili metu si caritatis affectu fiat. non terrore pene sed amore iusticie. Nulla quippe innocentia nulla uero obedien tia est nisi in eis caritas fulgeat. q̄ uirtutes omnes transcendit. Sepe enim falsa obedientia. sub timoris specie palleatur. Igitur si uideris iuuenculum desidem ad obediendum. & uelocem ad lo quendum. non dubites eum uariis animi passionibus presertim superbie peste laborare. Inobedientia enim sequitur superbiam matrem suam. Scriptum habes. Equis indomitus euadet dur⁹ & filius remissus euadet preceps. Sicut superbia equi indomiti⁹ in precipitio prona est. ita lasciuia adolescentis indisciplinati ĩ pec cati ruina proxima est. Loquere ergo maior natu. decet enim te. Adolescens loquere uix in causa tua. cum necesse fuerit. Si bis in terrogatus fueris. Habeat caput responsum tuum. In multis esto quasi inscius. & audi tacens simul. & loqui in medio magnatum ne presumas. & ubi sunt senes non multum loquaris. Ante gran dinem prehibit choruscatio. & ante uerecondiam prehibit gra tia. & pro reuerentia accedet gratia bona. Ex his namq; uerbis sapientie. intelligere potes quum uirtutes superius posite. mi norem etatem adornẽt. Pueri enim. a puritate dicti sunt. & decet ut regnent in eis simplicitas & innocentia. & puritas. hec est uir ginitas. Cum his crescant. & in his perseuerent. ut mereantur se qui agnum quocunq; ierit. Adolescentes autem iuxta nominis

huius interpretationem. per dies singulos in bonis operibus cres centes uerecondiam diligant. & taciturnitatem custodiant. simul q; inexibenda obedientia nimis ferueant. Istas quippe uirtutes ĩ prĩo constituimus loco. uelut quedam ĩcrementa bonorum ope rum ubi per eas ad caritatem & humilitatem & pacientiam que secundam partem obtinent. recto tramite ualeant peruenire. Ca stitas igitur quia uterq; sex⁹ uicio libidinis egrotat. nisi aliarum uirtutum ope fulciatur. facile labitur. Et proinde nimio studio seruanda est quia semel amissa non reparanda est. Prima namq; tela sunt oculorum. secunda uerborum. In desideriis enim est om nis ociosus. & desideria occidunt pigrum. Et ideo suffragratur ei plurimum uerecondia que custodit oculos. & taciturnitas. que re tinet linguam. atq; obedientia que mentem occupat. corpusq; fa tigat. ieiuniis. uigiliis. & orationibus. & opere manuum. Sed ne cessariam preomnibus habet humilitatem. q̄ conseruentur habi ta. usq; infinem. Multi enim in ipsa senectute per superbiam ĩ lu xuriam ceciderunt. Quapropter timendũ est & cauẽdum ne subi tus calor longum superet tempus. & impudicos senes etas lasci ua condemnet Tenenda est itaq; semper humilitas. custos pudici tie mater pacientie. Sine causa laborat qui uirtutes sine humilita te congregat. uera autem pacientia nisi per profundam humilita tem. nec acquiritur nec tenetur. Hanc uero quisquis ueraciter ha bet. nec bñficio celle nec pfugio solitudinis ĩdiget. Et si ei aduersi tatis aliquid acciderit. non contristatur. sed & adhuc diligenti deum omnia cooperantur in bonum. Iste timet in prosperis gaudet in aduersis. Amat & adiuuat se persequẽtes. quia eum pa ciencia & benignitas comitantur uelud ĩdiuidue comites. Siquis igitur habet animam uirginalẽ & amator est pudicitie. nõ debet mediocribus esse contentus. q̄ cito exolescunt. & exorto cauma te arescunt. sed perfectas uirtutes sequatur. ut lumen habeat sem piternum. Qui enim proficere studet. semper inuenit quo crescat & per dies singulos seipso melior fiat. Adolescens profice. mãcipa tus es christi seruicio. & cepisti magna agere. & escelsa imitari. cõ fortet̃ cor tuũ & uiriliter age. Magna tibi dabit̃ gloria post uicto riã lubricũ sic licet iter p qͩ ĩcedis tñ de dñi auxilio ꝯfidẽs desere ima quãtũ uales. & sũma peter̃ ñ dificias neq; tepescas ubi gradũ pfectiõis possis ascẽder̃. ad quẽ ñ nisi mltis laborib⁹ puẽit̃. Euge

noster euge uicia transcende. ad superiora tende. ubi deo uoce ex ultationis cãticum graduum cantes. Tibi uero de radice. ad cacumen festinanti. liber patet ĩgressus. ad illas principales quattuor uirtutes que in adolescentibus inchoantur. in iuuenibus augentur. in senibus perficiuntur. quia matura etas multis laboribus exercitata iam nouit p experientiam. qd didicit p scientiã. Inde nõ inmerito. prudentiã. iusticiã. fortitudinẽ. & tẽperantiã. in tertio constituimus gradu. qa p eas maxime instruuutur mores. & bene uiuendi magisterium docetur. Sed ex his prudentia agnitõnem ueri delectat. iusticia dilectionẽ dei & pximi seruat. fortitudo metum mortis cõtemnit. tempantia affectionem carnis temperat. Prima enim ĩtelligit. secunda bene uiuit. tertia appetitum cohibet. quarta modum imponit. Tres ille supiores qd honestũ est opantur. Hec aũt quarta decorum agit illud qd ex radice honestatis proficiscitur. Siquidem prudẽtia est agnitio uere fidei. & scientia scripturarum. ĩ qua intelligi oportet illud trimodum genus intelligentie. quorum primũ ẽ historicum. secundũ alegoricũ. tertium superior ille intellectus quẽ dicunt. anagogen. Iusticia uero est deum timere. religionẽ uenerari. honorem ferre parentibus. patriam diligere. cuntis prodesse. nocere nulli. fraterne caritatis uinculum tenere. pericula aliena suscipere. opem ferre mifis. boni uicissitudinem rependere. equitatẽ iniudiciis conseruare. fortitudo autẽ ẽ animi magnitudo. conceptus bonorum uel diuiciarũ. hic aduersis aut patienter cedit. aut resistit fortiter: Nullis ille cebris edomatur malis. aduersis non frangitur. non eleuatur secũdis. Inuicta ad labores. fortis ad pericula: Pecuniã negligit. auariciam fugit. Contra in ius pericula aĩum pparat. molestis nullis cedit glorie cauet appetitum. Sed inter has temperantia ẽ nimis pulchra uirtus. Est enim modus uite ĩ omni uerbo uel opeř. Hec aũt sobrietatis & uerecũdie comes ẽ. q̃ alio noĩe uocat modestia. Humilitatis regulã custodit. trãquilitatẽ aĩ seruat. ɔtinẽtiã & castitatem diligit. fouet decus & honestatem restringit rõne. appetitum. iram comprimit. nec rependit contumeliam. His tu plagis celi. includere homo dei dei. His tu armis bellator christi accingere. protege. & ornare. Iste currus igneus te fortem militem gestabit. consumato cursu. ad celi palacium. ubi assistas regi tuo. cui certasti bonum certamen. fidem seruasti. Bene rege

hanc quadrigam uirtutum . & sede in ea firmus . ubi isto uehiculo uehi altius & introduci ualeas tritameratam domum in summo montis uertice collocatam. Hanc dico fidem firmam spem inconcussam. perfectam caritatem. que omnem seruilem foras mittit timorem. ubi uia mādatorum dei dilatato corde curritur. Hic anima iusti sedes sapientie facta . plano moderatoque incessu portat deum sessorem suum. huic autem uiuere christe est & mori lucrum. Vir discretus & contemplator transit quottidie. uisionemque mirabilem cernit Trahitur adeo. & ardenti desiderio currit post eum. Si autem istum montem excelsum hancque pulchram domum inhabitaueris . poteris & tu sepissime ītueri terram illam promissionis. terram lacte & melle manantem ubi uerus israel moratur. & ueritatis pabulo in eternum pascitur. Sed dicis tu mihi. Quare fidem in primo loco non posuistis q̄ ē in christiana anima fundamentum omnium uirtutum: facerem utique nisi fides cresceret. Nisi autem fides cresceret. apostoli domino minime dixissent. Adauge nobis fidem. Continua enim operatione uirtutum & assidua meditatione scripturarū sanctarū fides eruditur. & erudiendo illuminatur. illuminando augetur. augendo perficitur & pficiendo stabilitur. ita ubi nullo turbine hereseos persecutione moueatur de loco suo. Igitur priusque homo per fidem cognoscat creatorem suum. ignorantia mater omnium uiciorum eius possidet animam. Ergo ignorantia nox est. fides uero dies ē sicut dies crescit per horas. sic homo augetur per illuminatiōem diuine gratie. & per documenta matris ecclesie . Primum itaque sincera radix sancte fidei. in terra humani cordis plantatur enim inseritur ramusculis ille bone paruule arboris. i. timor domini qui dicitur inicium sapientie . Cum hic incipit & cum isto ascendit usque ad plenitudinem luminis. Cūque fides adulta plena fuerit uelul q̄dam magna arbor diuersa inse habens poma. ex quibus reficitur anima plena domino. tunc ille timor adheret castus & sanctus fraterne caritati qui permāet in seculum seculi. Hec est enim fides illa que per dilectionem operatur. uero homo noua creatura efficiat . fides prudētissima & īuictissima que inter uerba altera tiōis ī tēpor pſecutōis. l' ī die necessitatis supari nō pōt. Quapp fides firma & caritas plena fide. comites & īsepabiles sorores. ɔcta ī se genera uirtutū ɔtinētes. uirū pfectū efficiūt. quātū possibile ē

eum perfici in hac uita plena miseriis & erroribus. Iste illud apo stoli in ueritate dicere potest. Quis nos separabit a caritate christi? Tribulatio. an angustia. an pse. an fa. an nudi. an periculum. an gladius. Certus sum enī. quia neq; mors. neq; uita. neq; angeli. neq; principat⁹. neq; potestates. neq; uirtutes. neq; īstantia. neq; futura. neq; fortitudo. neq; altitudo. neq; ꝓfundum. neq; alia creatura poterit nos separare a caritate dei que est in xp̄o iesu ddomino nostro. Hec aūt ē disciplina bone uite. & recta series uirtutū. Ista est uia regalis precedentium trita pedibus. Ambula ī ea. o grex adolescentiū. & noli declinare ab ea neq; ad dexteram neq; ad sinistram. Ille quidem ad sinistrā declinat. qui se apertis uiciis implicat. Ille uero ad dexteram declinat. qui uicia uirtutum spē latentia summopere non euitat. Per hec enim multi decipiuntur. & ignorant se esse deceptos. Itaq; dupliciter rea ē aīa. si & bonum non facit. unde spiritualiter uiuat & lateat. Superbus uult se credi cōstantem. prodigus liberalem. auarus diligētem. temerarius fortem: inhumanus parcū. gulosus humanum. inpudentia constantie. sibi nomen ascribit. procacitas. appellatōnem libertatis ostendit. eloquentiā uerbositas fingit. & curiositatis malum. sub studii spiritualis colore delitescit. Nam interdum sub ptextu iusticie crudelitas agitur. & putatur esse uirtus. qd nimirū est uicium. sicut remissa segnities māsuetudo esse creditur. & qd agit turpens negligentia. putatur agere indulgentia pietatis. Item timor sub specie obedientie occultatur. & dicitur uirtus humilitatis. qd tñ uiciū ē timoris. Porro uiciū īqetudinis: uirtutē se uult uocari solicitudinis & pcipitatōis facilitas feruor bōi studii creditur & bñ agēdi tarditas. cōsili mora eē uidet. dūtñ ista. sit uirt⁹. illa uiciū. Hec & si hūanit⁹ pñt discerni. tñ sine dono dei q̄tū mihi uidetur. nec uirtutes pñt haberi. uel appeti. nec earū similitudīes. q̄ sunt uicia uirtutes īmitātia decliāri. Sed sciēdū ē qd quedā uirtutes sūt. Nā a qbus habenť. utiq; ueraciter hñtur. Doctrina. ieiuniū. castitas. sciā. & his similia. medie uirtutes sūt. qa & ad utilitatem & pniciem possunt haberi. Non potest esse ueritas simul cum mendacio. pudor cum peculantia. fides cū pfidia. castitas cū luxuria. Aduersus impetus uiciorū: contrariis est uirtutibus pugnandum. Contra luxuriam adhibetur cordis mundicia. contra odium. dilectio. contra iracondiam patientia. Contra timorē

fiducie uirtus. Contra torporem feruor boni studii. Opponatur tristicie gaudium. accidie fortuitu mortuos. ipsa peccata que sunt exercitus pharaōis. Tu quidem iam egyptum deseruisti. pharao nem fugisti. & lotus a sorde tua submersis curribus canticum le ticie domino cecinisti. Tandem ingressus solitudinem ad montē synai peruenisti. ubi data sunt tibi precepta uite. & instituta cele stis discipline que coram deo & sanctis ei⁹ pollicitus es obserua re. Quāuis enim hec omnia feceris noli tu esse securus. Multa ha bentur pericula in ipsa ꝙ in cedis heremo. Ibi certe igniti sunt ser pentes qui percutiunt & interimunt murmuratores. Ibi lepra q̄ inficit & deturpat detractores & susurrōes. Ibi seuus gladius qui deuorat fabricatores ydoli & cultores illos uidelicet mōachos q sectantur auaricia que est ydolorum seruitus. Hanc dicit aposto lus radice omnium malorum. Scire tamen debes quia non nisi il los monachos tepidissimos illud impugnat. Vicium & tu caue ne preter uictum & uestitum aliud aliquid non habeas neq; ue lis habere. Detestare superbiam fuge contētionem. Rectores mo nasterii dillige ut parentes. time ut dn̄os crede esse salutare ꝙ in iungunt. Sed hec custodire non poteris nisi prius te stultum faci as ut sis sapiens nihil discernens nihil diiudicans ex his que tibi fuerīt imperata sed cum omni simplicitate ac fide semper obediē tiam exhibeas. Illud tantummodo sanctum illud utile illud sa piens do'. auaricie largitas. supbie humilitas. principalium. vii. uiciorum regina & mater est superbia. ꝙ omni deterior tanto in imo iacet quanto se in altum erigit. Septem principalia pariunt de se multa uicia. Quod ita sibimet quadam cognatione iungun tur ut ex altero alterum oriatur. Superbia sicut est origo omniū criminū. ita ruīa cūctarū uirtutū. ip̄a ē ī peccato prīa ipsa ī cōfli ctu posthūa. De supbia nascit̄ arrogātia. q̄ tā ī dictis ꝙ in factis cauenda ē. Ve ei q sibi magis ꝙ deo placer̄ studet ꝑ cēodoxiam maxīe subicit sibi dyabol⁹ mōachū qa ꝑ eā ab hūilitatis culmine deicit̄. Sūma itaq; uirt⁹ mōachi hūilitas sūmū uiciū ei⁹ supbia ē. supbiēdo cōtēdēdo murmurādo detrahēdo susurrādo negligēdo ɔtēnēdo & ꝑprias uolūtates faciēdo īfinitas mōachi q nūc sūt cul pas īcurrūt. Hic ē ꝙ ex eorū magna multitudine qui seculum dese rūt rari ualde īueniunt̄ q mortificatis uiciis ascēder̄ cōtēdāt ad ꝑ fectionem uirtutum. Hi autem significant illa sexcenta milia

armatorū. q de egypto educti sunt. Duo aūt solummodo homines. i. iosue. & caleph ex illis oībus terrā ꝓmissionis ingressi sunt ī deserto diuersis generibus mortium īterierūt. Per egyptū ītellige mundum. p faraonem dyabolum q ē rex supbie. p mare rubrū ablutionem omnium peccatorum. p egyptios in eo iudicans ꝙ tibi lex dei uel senioris examē īdixerit. Terreat te illorū exemplū qui aduersus moysen rebellauerunt quorum alios celestis flama cōbuxit alios autē uiuentes infernus suscepit. Deficiet me tempus si uelim oīa p omnia pandere. Illud tibi inculcādū uideo qa dū uiuimus iter laqueos currimus. Nusq̄ tuta pax ꝓhdolor nusq̄ tuta requies ubiq̄ bella. undiq̄ hostes pharao enim cū suis egypciis retinet euntem. In extrema uero parte ante ipsum hostes diri & fortes qui resistere cupiunt ne terram promissionis possis ītrare. idest amalec. sceon. og. moab. filii ammodo & lacrumcleri montis seir. Si autem terre his superatis p multos labores optimam ingressus fueris terram uidebis qd in ipsa etiam non ualebis esse securus. Enimuero remanent allophilli & alie in ceruitu tuo reseruantur gentes. in quibus te deus experiatur utrum dilligas eū. semperq̄ manum eius respicies ne forte cum comederis & saturatus fueris obliuiscaris eum. Igitur per. vii. gentes que ex illa terra expulse sunt intellige. vii. capitalia uicia quorum duo carnalia sunt. i. castrimagia. & fornicatio. reliqua spiritualia. que in membris suis taliter distinguntur. Gule concupiscentia in quinq̄ modis diuiditur: Primo si ante tempus cibos quis appetat. Secundo si lautiores escas querat. Tertio si diligentius quosq̄ communes cibos quis procuret. Quarto si uiles escas nimium qsq̄ sumat. Quinto si quisq̄ ex desiderio quecunq̄ sumat. Fornicatio trimodo generātur. Primum dum per uoluntatis luxuriā commixtio compuletur. Alterum dum intentione turpium cogitationum nocturna quisq̄ illusione polluitur. tertium dum sola atratione luxus carnis per immundiciam prouocatur. Est & quartū geuus iuxta scripturam scilicet ydolatria & auaricia. Sed & omnis immunda polutio. fornicatio dicitur. Filangiria in gemina distinguntur pena idest in concupiscentia rei augende. & in metu carende. Est & tertium genus pestis huius quando monachus ex ipsis necessariis sine quibus uiuere non potest plus de

ſiderat hr̄e q̄ꝫ neceſſe ſit. aut qn̄ ea uolumus ī monaſteriis poſſi
dere q̄ ſi eſſemus in ſeculo minime hr̄e ualeremus. Itē tria gene
ra ſūt. Vnū ꝙ ardet ītrinſecus. aliud ē ꝙ ī uerbū ſine opis effectu
prūpit. Tertiū ē ꝙ non illud ut ferues ad horā diregit. ſed ꝑ di
es & tēpora reſeruat. Ex illo quippe calor & indignatio. ex iſto
naſcit hodiū. q̄ oīa eq̄li ſūt horro damnanda. Triſticie uicium in
tres diuiditur partes. qrū prima tēperata. & rationabilis de dili
ctorū penitudīe uenien. Altera ꝑturbata & irratōabilis de anxie
tate metus ſeu de deſpatione peccatorū exoriens. tertia de iracum
dia uel de illato damno ac deſiderio ꝓpedito ꝓcedens. Accidie
genera ſūt duo. Vnū ꝙ ad opus dei pigritari monachū ac dormi
tari cōpellit ad ꝙ uagari huc illucqꝫ facit. ac fugere cohortat de
fratrū cū q̄bus uiuit ſocietate. Hec. ſ. ſex uicia. q̄dā īter ſe cogna
tiōe cōuīcta ſūt. ita ut prioris exuberātia ſeq̄ntis efficiat exordiū
ex primo enim ſecūdū. ex ſc̄o tertiū. ſic & cetera. Et ideo ecōtra ſi
mili modo atqꝫ eadē ratione pugnādū ē. qa de uicto ad facilius
deuīcit. & iſta uicia licet īuicem ſibi ſint conexa ea qua diximus
ratione ſpiritualius tamē ī quatuor copulas diuidenda ſunt. ca
ſtinargie fornicatio. auaricie ira. triſticie accidia. pecculiari con
ſortio ſedeant. Sed. hiis ſuperatis maior tibi reſtat pugna & tā
to grauior quanto iſta amplius fuerint deuicta arripiendū nāqꝫ
tibi eſt totis iuribus iuge certamen contra crudelliſſimam & tri
formem beſtiam. i. ſuperbiam inanem gloriam inuidiam. Cernis
in uno corpore tria capita & in ipſis capitibus dentus ferreos cō
minuentes omnia. O q̄ꝫ multos uiros hec inaniſſina beſtia mo
mordit. & deiecit atqꝫ ſub pedibus ſuis concul cauit. Circūda ita
qꝫ tibi fortem armaturam. ut poſſis ſtare contra tātam nequiciā.
Indue te lorica caritatis: ac cinge te gladio ſpei ꝙ eſt uerbum dei
ſume ſcutū fidei. pone galeam ſalutis & ſpei in capite tuo. ſint pe
des tui calciati ī preparationem euangelii pacis ut nullus in te pa
teat locus inſidiis potentiſ aduerſarii. Caput ſuperbie ſicut caput
uipe. furor eiꝰ ut furor draconis. & flatꝰ eiꝰ letifer ut īſanabilꝰ flatꝰ
reguli. Iſtud. n. ꝓſtātius ceteris tres uenenatas ex uipeo ore ad fe
riēdū educit linguas. Priā eos percutit q ꝑtranſgreſſionis culpā
contemptui habent diuina precepta. Secunda illos qui ex cōuer
ſatione mandatorum attoluntur in elatione uirtutum. Tertia
eos qui per contumaciam mentis ſubdi dedignātur maiorum im

periis. Quidam autem pro carnalibus quidam pro spiritualibus
superbiunt. & est una superbia sub diuerso colore. Cenodosie al
terum caput multiforme prodigium & multiplex malum. diras
uoces & rugit⁹ terribiles ex turgidis faucibus quadriptito modo
eflat. Nam sunt qui habent dona & donantem ignorant. Et sunt
qui dicunt pro suis precedentibus meritis dona accepisse non p
gratia largientis. Item sunt quidam qui qꝫ non habent hr̄e se p
tumorem existimant. Sunt & alii qui contempnendo ceteros pu
tāt se hr̄e aliquid singularius. sed ista elatio ceteris pernicior est
de singularitate iactantie ueniens. Hec autem dira lues. q̄uis se
ad alta erigat & impleat clamoribus auras. nō tamen ei iusta q̄
habet extollentiam est uis & potentia. Ipsa quoq; inuidia dup
plices ex se euomit flammas. Hec autem caput tertium. modo il
lum urit qui meliori inuidet in id qꝫ ipse qꝫ non est modo illum
afficit qui q̄mlibet & consimilem dolet sibi esse equalem. Vt hec
tria discernere ualeas. ista do tibi indicia. Superbia enim rubet.
Cenodoxia albet. Inuidia pallet. furor igneus in superbis. ex in
dignatione. candor in hypocritis ex simulatiōe. palor in inuidis
ex nimio dolore. Hiis ita digestis rectius. vii. criminalia uita q̄m
octo dinumerant̄ ut mihi uidetur qa sicut princeps. vii. uiciorū
dyabolus nos eorum subdit potestatibus: ita xp̄s dn̄s nr̄ spiritu
septiformis gratie plenus. a dominatu eorum eruit. & sibi subdi
tos facit. sed scire te oportet quia ista uicia diuersos ortus. & dis
similes efficientias habent. Gula enim & fornicatio quia non ni
si per corpus expleri possunt carnalia sunt. & ideo carnali indi
gent aflictione simulq; remotioribus locis ut uelocius curari que
ant. Auaricia & ira licet non sint unius nature. nam prior extra
naturam est. sequens autem originale uidetur quia homo irasci
bile animal est simili tamen oriuntur modo. Si quidem commo
tionis causas extrinsecus concipiunt. Tristicia & accidia nulla
extrinsecus grauari solent. Superbia cenodoxia. atq; inuidia sine
corporali ministerio consumantur. Ad hec curanda que spe
cialia dicuntur multum prosunt humana consortia maxime si
inter bonos prudentesq; uiros uiuas. qui illa semper redargu
unt. Sed īter hec sciendū ē qa ī qbusdā uētris īgluuies. ī qbusdā
fornicatio. principalē obtinet locum in aliis superbia aliis ceno
doxia arcem tenent. in quibusdam ira. in quibusdam auaricia

seu tristicia aut aliquid aliud eorum sibi tyramnidem uendicant & ideo oportet Vnum quemqꝫ nostrum secundum qualitatem belli quo principaliter infestatur pugnam aripere. ita ut alium necesse sit aduersus uicium ꝙ tertium ponitur exercere primum conflictum. alium contra quartum seu quintum. & ita prout uicia in nobis tenent principatū sed ꝙ inpugnationis exigit modus. nos quoqꝫ oportet ordinem īstituere preliorum. & sic cōtra illud unum fortiter pugnamus. ut alia a quibus minus impugnamus non negligamus atqꝫ ita totis uiribus laboremus. Vt non de nostris laboribus. sed de dei auxilio cōfidamꝰ. Hoc enim mō ad puritatem cordis & ad plenitudinē uirtutum ualebimus xp̄o adiuuante peruenire. Illud etiam te nō minus scire uolo quia uarie sunt in hoībus consperiones. Vnde alia uicia tranquilis & lēis moribꝰ. & alia duris & aspis uicīa sūt. Sepe āt quod illis placet illis displicet. Dyabolus qn̄ decipeř quemqꝫ querit prius naturam uniuscuiusqꝫ intēdit. & īde se applicat unde hoīem aptū ad peccatū inspexerit. Ex ea quippe pte hominē dyabolus temptat. qua eū p excrescentē humorē facile ad uicia inclinari cōspicit. ut secūdum humoris cōspsionem adhibeat tēptationē. Nullus ergo culpam nō existimet qm̄ ex cōspsione ꝑpria sustinet. sed q̄tū ualet cōtra id ꝙ tollerat pugnet. Nam si conspsioni cedit. temptatō ni uel uicio nequaqꝫ resistit. Igitur constantes & duri mores semꝑ contra superbiā irā. & crudelitatē pīter repugnent. Iocundi āt & lenes contra inanē gloriā. ypocrisim & falsā pietatē precipue certare non cesient. Istud namqꝫ hominum genus laudis amore facilius capitur. Nemini uult displicere. omnes equanimiter portare uidetur. decipiunt & decipiuntur. & quanto hominibus placēt tantum deo odibiles scriptum est astuti & simulatores ꝓuocant iram dei. Boni enim uiri timentes deum id ipsum ꝙ esse meruere. iudei refugiunt. Sane laus humana bonos cruciat malos letificat. Dupliciter autem damnantur ypocrite siue pro oculta iniquitate siue pro aperta simulatione. Non semper iacent ypocrite. omne sincerum permanet. Nam que simulata sunt diuturna esse non possunt. Ypocrite foris candidi intro sordidi. amator uane glorie unde possit laudari agere non quiescit. Nonnulli falsa opinione arrogantie se perfectos esse existimant dum nō

sunt qui obortis temptationibus inotescunt. tanto quis sit uerita
ti uicinior quanto se longius esse ab ea fuerit arbitratus. Est hu
militas formidinis & ignorantie que non est laude digna. Ypocri
ta uerba sanctorum habet uitā non habet. cui semper iactantia
occulos quibus deus uideri potest claudit. superbis & libidino
sis plus dominatur dyabolus. Transacta libido semper sui relin
quit penitudinem. nunquam satiatur & extinctare accenditur.
Ve illi qui tunc habuit terminū luxurie quando uite; quomodo
uinum contra potestatem facit. & postquam surrexerit neq; pes
neq; mens suum officium tenent & omnis eius ylaratio uertitur
in ruinam. uir superbus nec decorabitur nec uoluntatem suam p
ducet ad finem. semp enī conscientia serui dei humilis debet eē &
& tristis. s. ut per humilitatem non superbiat. & per utilem mero
rem cor ad lasciuia non disoluat dei seruum sine intermissione
legere & orare oportet & opari. ne forte mentem ocio deditam
uicia sibi preoccupent. Mens deo dicata. sic caueat minora uicia
ut maiora. quia a minimis incipiunt qui in maxima proruunt.
Satis delicate se palpat q ult sine laborē magno studioq; ɔtinuo ł
uicia supar̄ Virtutes acqrer̄. aīa āt mole carnis pssa sicut difficile
ad uirtutes surgit. ita facile ī uicia cadit. qa ista ī uno sūt. ille uero
ī sūma arce. cōsistūt. Dēiq; nōnulli qa nō pro dei amor̄ seculo re
nūciant. laborare nō curant. Vtinā φ mūdum reliquimus. uolū
tas sit nō necessitas. Qui enim nō rigida intētione monachi pro
fessorē sectātur φto superni amoris propositum dissolute appe
tunt tanto procliuius ad mundi amorem denuo reducūt. Ex qui
bus alii requiem corporis. alii honorem requirunt. Sed q ad hec
conuersationē sanctitatis pretēdit. ut aliis quandoq; preesse desi
deret iste nō discipulus christi. sed prauitatis sectator existit. fer
re enim crucem & nō mori. ypocritarum est. Ille autem qui se pro
deo duricie tradit monachorum. assiduus debet esse in orationi
bus. lacrimas suas deo non hominibus offerre. ieiunia in aurige
modum plassitudine & uiribus corpis temperare: Quapropter
non pigeat te bone frater. φtum potes actibus sanctis insistere.
ut laboris tui fructus quantum possis recipere. Hic solum attēde
φ monachus factus es & ideo ea age que monachi sūt. Inter eos
cum quibus uiuis sectare meliores. In omni gradu & ordine opti
mis pmixta sunt pessima. Animosos senex & pertinaces. quos ui

des in hiis habũdare periculosis tẽporibus noli imitari. Mores uitamq; eorum fuge ne tibi sint in laqueũ & ruinã. O quam mul tos senes & iudices israel turpiter uitã suã negligẽtes rex babilo nis ĩ terra captiuitatis & cõfusionis possidi. & quã multi iuuenes spiritu feruentes dño seruientes. uim faciunt celo. totisq; uiribus sibi diripiunt illud utinã talium preconia iuuenũ. nostri imita rentur senes. ut annosa redderet senectria ꝙ tenera ferrunt spõte adolescentia. Si tu uis proficere non respicias quid mali faciãt alii sed quid boni ipse facere debeas. Nõne cernis negotiatores & mi lites multa sustinere pericula. ut ad ĩcertos honores & perituras diuicias perueniant. Isti quippe seruant cum anime discri mine. que cum pluribus tribulationibus inuenerunt. Quid tibi die rogo faciendum est. qui uenditis omnibus. precio sam queris margaritam & emptum habes agrum. ubi tesaurus la tet. quoniam fur auferre non potest: Necesse est tibi omnes insidi as precauere sollicite. ne si ruinam pasus fueris: pro gloria ha beas ignominiam. Quãuis sis in tuto. noli esse securus. Frequen ter in media tranquilitate. uiciorũ furtibus incauti & desides ob ruũtur. Quanta proh dolor animantia nutrit huius seculi deser tum que negligentes monachos duris morsibus depascũt. & quo niam te credo posse plus proficere oratione ꝙ̃ ista nostra exora tione. addam informulam orandi ut legendo & orãdo esurienti anime duplicẽ tribuas refectionem & ꝙ desideras apud deũ faci lius ualeas obtinere: Nimio enĩ coactus desiderio ꝙ de salute tua habeo istud supra uires meas assumpsi negotiũ ut uiculis uerbo rum meorum ad instructionem tuam patrũ sñias colligarẽ. Hec tu meditare. hec in tabulis cordis tui scribe & ut scias per quã uiã incedere debeas & ut ꝓficere possis opere qd discis. clama ad deum sine quo nihil boni agitur. Clama precor clamore magno in toto corde tuo & flebilis simplexq; tu ora hoc modo.

Deo Gratias.

h

Incipit Speculum Beati Bernardi abbatis de hoñestate uite.



Etis a me fili & frater quod nunq̃ & nusq̃ aliquem a suo puisore audiui petisse. Veruntamen qa istater tua deuotio exposcit cui inest rationabiliter petenti aliquid negare non possum. Formulam honeste uite tibi breui scribo sermone quã in cristi amore si ardescens perseueranter seruaueris. pculdubio uitam consequeris eternam. Vt igitur ab iteriori incipies ad exteriorem hominem sermo procedat. Circa tui cordis puritatem te indesinenter studere oportet quo toti⁹ puritatis amator deus tanq̃ in propria sede sedere dignetur ibi sedem sibi tanq̃ in celo collocare. Iuxta illud. Celum mihi sedes & terra scabellum pedum meorum. Et iterũ. Anima iusti sedes ẽ sapiẽtie. Necesse est ergo q̃ circa cogitationes tuas intendas & insistas ut uidelicet coram deo cogitare seu meditari ptimescas quod in p̃sentia hominis merito dicere uel cogitare erubesceres. Sciens nimirũ q̃ sicut per uerba uel facta innotescimus homini. sic per cogitationes incircũscripto spiritui. quia que dicta hominib⁹ sũt deo cogitationes. Dñs enim nouit cogitatiões hominum quoniã uane sũt & sicut ei nulla inuisibilis est creatura sic nihil omnino cogitari põt quod eum lateat unde. aplus. unius est enim sermo dei & efficax & penetrabilior omni gladio ancipiti pertingẽs usq̃ ad diuisionem anime & spiritus compagum & medullarum & discretor cogitationum & intentionum cordis.

De contemplatione dei.



It ergo tibi christus ĩ corde & nunq̃ ymago crucifixi ab animo tuo recedat. Hic tibi sit cibus & potus dulcedo tua & refectio tua consolatio tua mel tuum & desiderium. Tua meditatio tua oratio uita tua ratio tua & resurrectõ tua. Semp cogita illum aut positũ ĩ p̃sepio. aut pãnis ĩuolutũ. aut ĩ tẽplo aparẽtibus p̃ntatũ aut ĩ tẽplo audiẽtẽ doctores ĩterrogãtẽ q docet oẽm sciam & postea parẽtib⁹ subditũ cui de iure subdit oĩs creatura. aut ẽt turbas docẽtẽ l'solũ ĩ mõ

te orãtem aut esurientem in diserto panem uite & fontem sapientie qui pascitur inter lilia & implet omne animal benedictõe. aut fatigatum in itinere prolixius orantem & omnibus omnia sufficienter administrantem ab angelo etiam ipsum qui est dulcedo & consolatio angelorum consolationem recipientem . aut ad colũpnam substantationẽ mũdi & tocius mundi colũpnã ligatũ & flagellatũ. Et ipsũ qui ẽ gloria angelorũ spretũ & illusũ sputis illitũ palma in facie pcussum. spinea corona coronatũ obprobriis saturatum. Ad ultimum cum iniquis deputatum & p te in cruce pendentem & orientem . Sic erit igitur fasciculus mirre dilectus tuus ĩter ubera tua cõmorabitur. Et sic de omnibus anxietatib9 dñi tui & amaritudinibus quasi quẽdã fasciculum cõcepti doloris colligas unde etiam amarum poculũ & dulces ut ita dixerim lacrimas conficias. Si uero aliquãdo ardentissimo christi amore succensus uolueris cum apostolo cognoscere & que sursum sunt sapere altius. Leuabis parũper oculos mentis ad uictoriam resurgentis & ad maiestatem in gloria patris sedentis & regnãtis. nec tamẽ ibi facies moram longam. ne forte si diutius maiestatis fueris scrutator opprimaris a gloria.

De superbia detestanda .



Ane ante omnia noueris te omnem elationem cordis iactantiam atq3 arrogantiam quasi quasdã pestes & uenenata animalia & quoddam uenenum animarũ omnino fugere debere. Sciens procul dubio q immũdus coram deo est omnis qui exaltat cor suum. Item neminem spernas nulli noceas nulli detrahas & in christi nomĩe omnibus pdesse coneris. Item inferiorem ceteris atq3 uiliorem te nõ solũ credas ex ĩtimo cordis affectu uerũ etiã non dicas pficisse te nec aliqd te existimes Iuxta illud apostoli. Qui se existimat aliquid esse cũ nihil sit ipse se seducit. Ad hec sit icessus tuus maturitate plenus grauis & hõestus & uidelicet nõ fractis gressibus ãbules aut ñ scapulas dextrorsũ l' sinistrorsũ uergẽdo seu uertendo nõ esse erecta ceruice ñ pminẽte pectore seu ĩclinato sup hũerũ capite que oĩa leuitatẽ redolẽt aut elationẽ oñdũt aut ypocrisim sapiũt. Incedẽs stãs sedẽs habeto te deorsũ reuoluens in ani

mo tuo quia puluis es & in puluerem reuerteris & cor sursum uer sum nulla curiositate aliquem aspicias aut respicias. Tristiciam animi & maxime in conuentu ostendere te decet quandam tamē hilaritatem premittes in facie. Priuatim autem nunq̄ uultus tu us in diuersa mutetur. si corā aliquo alicuius rei causa ut assolet aliquando fueris conpulsus in risum non sit excussus cum cache rino: Tuis etiā curis interpone gaudia nunq̄ sis ociosus quin aut legas aut aliquid de sacris scripturis uel quod certe melius est ru mines psalmos operādo. Nihilominus incessanter quod tibi fue rit iniunctum ut nunq̄ dyabolus te exoccupatum inueniat. mul ta enim mala docuit ociositas. Illas uero scripturas libentius le gas precipue que tuam deuotionē magis inflammauerint q̄ que aliciūt ītellectū. Intellige q̄ dico dabit tibi dn̄s intellectum si in sensu cogitaueris circumspectionem dei. Et cum oraueris non im pleas aures audientium singultibus suspiriis. sed ītende dominū deum tuum in cubili cordis. proderit tamen ad compunctionem habēdā si ita semotus fueris uel purasmanus eleuādo. si ēt tui spi us uocē audire potueris nonnūquā ad subleuādā intētionē ī celū īspicias ut ibi sit cor tuū ubi christus ē in dextera dei sedens. Ab oratione reuertaris ad lectionē. & iterū si lectio ī te fastidiū sub mouerit ad orationē ꝓuocet. Cōsortia iuuenū maxīe q inbarbes sūt quātum cōuenienter potes deuita. Sicut ad crucem sic ad ci bum. accedas. nūquam alicui oculos ī faciem defigas nūq̄ uolup tate sed necessitate pascaris & fames nō sapor ꝓuocet appetitum singularitatem fuge. cōmitate esto cōtentus sciēs qa caro pascēda est & extinguēda sūt uicia sed quādo tibi aliqd super apponitur tamq̄ diuintus ꝓcuratū illud accipe hoc tamē ī animo & sēp in uoluntate tua sit magis alteri apponere q̄ retinere. Pone pruden tie tue modum ne tibi sapiens uidearis semper & ubique atq̄ in omnibus operibus tuis time ne forte excedas in aliquo. Hic bea tus Iob ait. uerebar omnia opera mea sciens ꝙ parcis delinquen ti. Cum autem ad stratum lassus deueneris te honestissime iacen do componas. nec supinus iaceas nec genua leuando calzaneos iungas ad tibias ꝙ si luxurie te ī pompa concusserit recordare di lectū tuum positum super lectum doloris & uniuersum stratum eius uersum in infirmitate: Hec dices in corde tuo deus meus pen det in patibulo & ego uoluptati operam dabo. sicq̄ inuocato ex

toto corde nomine saluatoris gemendo & sepe geminando hoc nomen salutis cessabit quassatio ruinma ĩ te psalmos donec som nus occupet ut ĩ somno somnies te psalmos dicere. Cũ surrexeris ad uigilias lauda creatorem tuum ex omnibus uiribus tuis & ad laudem creatoris & redemptoris tui exalta in altitudine uo cem tuam. Postremo purissimum xp̄i habeto amorem nil p̄ter crhistũ aut quod est preter ipsũ aut qͩ est propter ipsum nõ esti mare memento. Prolixius q̄ꝫ putaui descripsi tibi quod ipse ager nequeo in te adimplere me reputans & optans quod mihi deesse cognosco quia profectus tuus gaudiũ est mihi & corona mea in dño deo meo. Si qñ assistis tedio iuxta lapidem quo lauant̃ cor pora mor tuorũ te compone meditando & diligenter cogita quo modo tractentur usu sepeliendi nũc intergũ nũc ĩ faciem uersant̃ quomodo nutet caput cadãt brachia rigent crura iacẽt tibie quo modo induantur cõsuantur deferantur humandi quomodo cõ ponaatur in tumulo quomodo puluere contegantur quomodo uorentur a uermibus quasi putrefacio. Sũmaq꜓ tibi sit philoso phia. meditatio mortis assidua. hanc ubicunq꜓ fueris aut perre xeris tecum porta & in eternum non peribis.

Explicit Speculum Bernardi abbatis de honestate uite.

Incipiũt octo puncta. mediantib⁹ quibus peruenitur ad perfe ctionem uite spiritualis. eiusdem.



Ec octo si bene excolueris omnium uirtutum perfectionem & consumationem per gratiam dei consequeris. Primum ut pure & integra peccata tua sepius confitearis cum magno dolore & proposito non plus faciendi. Secundum ut non frangaris aduersitate uel temptatione. Sed sta in iusticia timore & prepara animam tuam ad temptationem. Non enim est est loc⁹ uel religio qui uel que permittit hominẽ sine pugna militare & uiuere. Nam tota uita hominis milicia est super terram omnes etiam qui pie uiuere uolunt in christo ꝑsecutionem patientur. permittit enim teste beato Grego. dominus electos suos lacerari detractionibus ut in humilitate conseruentur. Tertium ut non misceas te hominibus nec interioribus nec exterioribus inquantum potes bono modo. Sed tene solitarium sponso tuo cristo & fuge rumores seculi & uana. ac secularia colloquia que mentem distrahunt & inquietam reddunt & ĩ pace esse non permittunt. Quartum omni tempore debere puritati cordis studere ut uidelicet continue uelut calusis sensibus carnalibus in temetipsum ꝯuertaris & cordis hostia a formis sensibilium & imaginibus terrenorum quantum possibile est habeas diligenter serata. Puritas namq; cordis inter omnia exercitia spiritualia est quodammodo tanquam quẽ finalis intentõ ac laborũ oĩum retributio q̃ ĩ hac uita miles xp̃i emerit⁹ recipe cõsueuit sibi uẽdicat principatũ. Affectum tuum cum oĩ diligentia ab hiis oĩbus que libertatem ipsius impedire possent & ab oĩ re possibilitatẽ habente alligandi & tenẽdi ipsum affectũ ad ĩherẽdum. Iuxta illud legis mosayce mãeat unusquisq; apud semet ipum. nullus egrediatur ostium domus sue die sabati & sabatizabit populus. In semetipo namq; esse est dispersiones cordis sui & affectiões ad unũ uerũ & simplicissimũ bonorũ recolligere & collectas hr̃e. Sabatizar̃ uero ẽ cor ab affectiõe carnali ipm ĩficiẽte & a curis mõdãis ipm distrahẽte absolutũ esse & in pace cordis

sui tanquam in portu silencii in amore & fruitione conditoris suauiter quiescere Super omnia autem alia tibi semper sit ꝓnci palis conatus ut animum tuum semper sursum in contemplatio ne diuinorum eleuatum habeas ut diuinis rebus ac deo mens iu giter transferatur. Quicquid autem ab hiis diuersum est quāuis magis uideatur sicut corporis castigatio ieiunium uel uigilie & similia uirtutis exercitia quasi secundaria & inferiora iudicanda sunt tantum expediētia quantum ad cordis proficiunt puritatē: Inde est quod paucissimi iam ad ueram perfectionem perueniunt quia in medus non multum proficuis tempus & uires expendūt de[illegible]ita remedia negligunt & postponunt. tu autem transmitte cum ad finem intentum peruenire desideras debes sine opere ad perpetuam cordis puritatem & mentis tranquillitatem anhelare atq; cor sursum iugiter ad dn̄m habere uerum tamē est ꝙ nullus mortalium potest huic contemplationi iugiter inherere. sed ideo dictum est ut scias ubi mentis intentionem debeas habere fixam & a[illegible] quā destinationē semper anime tue reuoces in tuitum quā poterit optinere mens gaudet & aqua distractam se doleat atq; suspiret quotienscumq; ab illo in tuitu se deprehenderit separatā querulosa uoce mihi obuiare uolueris dicens te diu in eodem sta tu manere non posse nosse debes ꝙ diuina uirtus plus potest face re q̄ȝ homo possit cogitare. & ꝙ frequētia actus similem tibi ha bitū generare consueuit. Vnde sepius contingit ꝙ illud ad quod fortassis homo se in principio astrinxit cum quadam uiolētia & difficultate postea faciliter operabitur & tandem cum magna de lectatione dummodo a ceptis non desistat. Audi fili mi discipli nam patris tui. Attende diligēter illa uerba mea & ea ī corde tuo quasi in libro scribere. Noli emulari multitudinem eorum qui iam retro conuersi sunt post desideria cordis sui: In quibus deuo tio tepuit caritas refriguit & deficit humilitas. obedientia etiam prostrata est. qui placere hominibus cupiunt honores querunt uentri seruiunt qui supra modum diligunt munera sequntur re tributiones qui in hoc mondo ipsum quod querunt pro merce de operis sui recipiunt. & in futuro uacui remanebunt. Sed illos egregios flores sanctissimos patres qui incomprobabili flagra bant studio sanctitatis actende & eorum festin[illegible] propositum si mili studio & conuersatione suscipere quemadmodum tibi iam

propositum est. Siue igitur commedas siue bibas siue aliquid aliud facias semper hec uox pii patris resonet in auribus tuis admonētis & dicētis. Fili mi ad cor tuum reddas ab omnibus q̄tum possibile est teipsum abstrahendo mentis oculum semper in puritate & tranquillitate custodias: Intellectum a formis rerū infimarum rerseruando uoluntatis affectum a curis terrenorum penitus absoluas summo bono amore feruido semper inherendo memoriam quoq; iugiter sursum eleuatam habeas per cōtemplationem diuinorum ad superna tendendo. ita ut tota anima tua cum omnibus potentiis suis & uiribus ī deum collecta unus fiat spiritus cum eo in quo summa perfectio uie cognoscitur consistere. Hec igitur breuis pro uite tue formula tibi sit tradita ī qua sūmarum summa totius perfectionis consistit. in qua si diligenter studueris & fideliter affectū mācipar̄ uolueris beatus eris & quodāmodo eternā felicitatē ī hoc fragili corpore īcohabis. Hec ē fili salutis uia q̄ tuus arseni⁹ ab angelo edoct⁹ seruauit & seruari suis discipulis mādauit. Fuge tace qesce hec inquiēs sunt prīcipia salutis hec eterna sapientia ad distipulū. Item statim subinfertur fons & origo omnium bonorum homini spirituali ē ī cella sua iugiter cōmorari. Quītū ut n̄ cōtristeris uel leteris aut sollicite ris ꝑ amicis & cognatis tuis sed committe eos deo & spirituale subsidium scilicet orationum tuarum suffragia eis impende. te autem modo crucifixū reputa & mundū tibi ad interiora te extēde tanq̄ oīb⁹ amicis orbatus. Sextū ut sis feruēs ī oratiōib⁹ & meditationibus sāctis & ab illa uolūtate qua ad religionē uenisti & a primo nouiciatus feruore nō tepescas. hō enim remissus si īcipiat aliquid in prīcipio aliq̄ntulū strenue agit deīde diminuēdo procedit. qa multorū est incipe paucorum finire. Sola tamē perseuerantia coronabitur sola accipit brauiū. Nulla sine labore uirtus & ad magna p̄mia nō ꝑuenit̄ nisi ꝑ magnos labores. Regnū eīm celorū nō desides nō remissi nō delicati sed uiolēti rapiunt illud q n̄ aliis sed suis uolūtatibus ꝑclarā īferūt uiolētiā. Nā qui ī moribus suis moll[illegible]unt & fluidi more aque precipitis ad yma descendunt. Qui uero constantes firmi & feruidi in arcem uirtutis quo[illegible]ie excrescunt stultis nihil diu placet. Nam tales

quod nō habēt cupiunt & quod habent fastidiunt. ergo constās
esto & nō nouearis exēplis tepidorū ad imittandū eos . Et ꝗ ri
gor ordinis nō tenetur ab aliis de hoc te n̄ ītromittas. sed uideas
quod sine offendiculo ambules corā cōfratrib⁹ tuis emendando
eos plus exemplis q̄ꝫ uerbis ut oīa que ordinis sunt sana & inte
gra sint ī ꝑsona tua. Et ideo nō sis aliis rigorosus non rephēdas
acriter uel dure increpando alios qa fraterna correctio nō habet
locū ubi nō sꝑatur emendatio & frustra uenit sonus ad aures ni
si deus in corde loquatur qa solus deus cōuertit corda filiorum
hoīum. Fraterna aūt correctio debet fieri cū magno moderamīe
cū gemitu & beniuolētia suo loco: suo tp̄e semꝑ oroне p̄cedēte .
Idcirco si aliqui nō cōpleuerūt oīa q̄ sunt ordinis dūmodo tu bo
nus emulator fueris & discretus non iudicabis aliorū facta . Nec
moueat te si uideris aliquos minus discretos alios ignaros alios
indoctos alios remissos in horis. aut q̄buscunqꝫ uicus obnoxios
claude oculos inq̄ꝫtum pones ad aliorū facta ꝑscrutāda. Caue ne
quos imitari non uis dānare uidearis qa in iudicando alios ma
gnum ē periculū & tales suspitiōis sepe sunt false. siue sint uere si
ue false diminuūt tn̄ affectum & caritatem q̄ꝫ homo habet ad ꝓ
ximū . hoc multū debes cauere ne caritas alicuius erga te uel quē
cunqꝫ aliū corrūpatur uel etiam diminuatur quia non est maius
spolium uel damnum q̄ꝫ in ablatione uel diminutione caritatis.
Omnia nāqꝫ q̄uis utilia. q̄uis necessaria uideantur spernēda tn̄
sunt ut ire turbatio deuitetur. & oīa q̄ aduersa sunt uel putantur
sustinenda sunt ut pacis dilectionisqꝫ tranquillitas seruetur quia
nihil perniciosius ira . nec caritate quicq̄ꝫ utilius est credendum .
nec tranquilitati animi preciosius propter que non solum cōmo
da carnaliū & transitoriū sed & sp̄ualiū sperēda uident̄ si alias
acquiri uel ꝑfici nō possint . Septimū ut sis tacens & nō multi
loquus. ubicunqꝫ fueris loquendo uel respondendo leuiter & mo
rose remissa uoce placido uultu disciplinatis moribus pauca &
rationalia uerba loquaris. Bis ad limā ueni[illegible]t uerba q̄ꝫ semel ad
līguā . plus diligas audire q̄ꝫ audiri ut ini[illegible]gatio magis apiat
os tuū q̄ꝫ ad non interrogata respondere . Non inniteris tue pru
dentie. neqꝫ cōfidas in propriis sensib[illegible]. & nō sis sabi[illegible] ī oculis
tuis altiora te ne quesieris. & forti[illegible]ra te n[illegible]tatus fueris. sed di
scretum modestum & ordinatum te in omnib⁹ exhibea[illegible] qa deo

nunq̃ placuit aliquid immoderatum instabile confusum inordinatum. super humile autem te quietum requiescit spirit⁹ domini.
Octauum & ultimum ut nunq̃ sis ociosus. Nam in desideriis ē omnis ociosus. ama igit̃ sciētiam scripturarum. & carnis uicia non amabis nec uacet mens tua uariis ꝑturbationibus que si pectori tuo insederint dn̄abuntur tui & te ducent ad delectum maximum. Semꝑ igitur aut legas aut ores. aut aliquid de sacris mediteris. Multa enim mala docuit ociositas. est enim mors anime & uiui hominis sepultura & sentina omnium malorum. Singulis horis & diebus sua tribue exercitia spiritualibus spiritualia. corporalibus corporalia coparando. In omnibus caueas tibi a peccato & proximo a scandalo. Statim cum sentis te stimulari a uana gloria uel quacunq̃ temptatōne. principiis obsta. & sis agilis ad quecunq̃ agenda que ex alterius ammonitione uel diuina instigatione intelligis esse facienda. Discas tibiipsi preesse. et teipsum regere non alios. propriam uitam ordina. mores tuos compone. teipsum iudica. teipsum apud teipsum accusa & cōdemna. nec impunitū dimitte excessum. Tibi ipsi esto durus. nunq̃ aliis. Mane preterite noctis fac a teipso exactionem. & future diei tibi indicito cautionem. uespere preterite diei rationem exige. & superuenientis noctis fac indictionem. Considera quantum proficias. quantum tibi adhuc restet itineris. grandis enim tibi restat uia antequam uideatur deus deorum in syon. Sed cum in his octo iam premissis te exercueris de uirtute in uirtutem proficiēdo esto cautus contra insidias dyaboli ne te abducat ab eis. Amen.



Registrum.

a
Deuoti doctoris
intelligentia:
ratione
ergo cõmutatiõem
b
ĩtendo ſed
factum
longe eſt
pectus eſt
c
Sequitur
re ſe ſciat:

citius &
ſeipſum
d
de recidimento
alii me
Propter te
ſaberis multis
e
nitatis deſiderio
lizetur:
hoc non eſt
am ſigor
f

Epiſtola
ris ſubiicere
dam amatori
cor dilectum
g
qui ridetis
mendi iudicii
liter ſubdimur
huius interp̃tationem
h
des in hiis habũdare
te orantem aut
toto corde nomine

